

## GRAMMATICA GRAECA INTEGR A

PHILIPPO MELANTHONE AUCTORE.

## De literis Graecorum.

Literae sunt:

Α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ ο π ρ σ  
τ υ φ χ ψ ω. In his vocales septem: α ε η ι  
υ ο ω. Ex quibus diphthongi connectuntur.

*Propriae* αι αυ ει ευ οι ου, quas proprias vocamus, quod postulet eas naturalis pronuntiatio; neque enim αι pronuntiarunt veteres Graeci ε, ut solemus hodie, sed αι confuso sono α et ι, perinde, atque germanica lingua diphthongos adhuc integre efferimus. Sic et<sup>1)</sup> de ει et οι iudicabis; nam αυ et ευ et ου discriminatim efferruntur, nec cum aliis literis aut diphthongis confunduntur.

*Impropriae* diphthongi α η φ υι, quas vocamus improprias, quod pronuntiatio naturalis ipsas non requirat; neque enim aliter α atque α simplex vocalis effertur. Nam grammatici significaturi alicubi diphthongorum mutationes, aut in diphthongis alterius literae elisionem, has diphthongos commenti sunt, ut sicubi ex αι fit α aut η, ut crebro solet, iota elisa, solent eam Graeci subscribere, ne pueri ignorent diphthongum in ea syllaba desiderari. Planeque grammaticum inventum est impropria diphthongus, et ad pronuntiationem nihil pertinens. Ideo nec in veterum libris invenias scribi diphthongos improprias.

Sunt et ωυ et ηυ impropriae<sup>2)</sup>, quae factae sunt ex ου et ευ. Nam crebro solent mutari breves literae in longas: ο in ω, α vel ε in η. Et eas mutationes observet diligenter, qui graecari velit. Observet idem et in consonantibus, quae cum quibus cognatae sint, atque adeo quae in quas mutari possint. Neque enim singulae in singulas transeunt, sed cognatae tantum in cognatas, ut ν in μ, χ in γ, π in φ, τ in θ, etc. ut τύπτω, τέτυφα, τύψω; λέγω, λέλεχα, λέξω. Item συμβάλλω ex σύν et βάλλω, συλλαβάνω ex σύν et λαβάνω,

1) et] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522., 1538., 1541. deest.

2) impropriae] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. deest.

etc. Sunt enim cognatae inter se liquidae λ, μ, ν, ρ, et cum his etiam σ, ut σύσσιτος ex σύν et σίτος.

Sunt et cognatae mutae, ut

β, π, φ,	ψ
γ, κ, χ, et cum his duplices	ξ
θ, τ, ϑ,	ζ

ut ἄραψ, ἄραβος; κόραξ, κόρακος; συρίζω communiter, συρίσσω Dorice. Item ν et γ, ut συγγράφω ex σύν et γράφω, συγκαλῶ ex σύν et καλῶ<sup>3)</sup>. Reliqua, quae<sup>4)</sup> ad cognoscendas literas pertinent, require ex elementalibus libellis, qui iam ubique manibus puerorum teruntur<sup>5)</sup>.

## Prosodia.

*Προσῳδία*, accentus (nam id significat Graeca vox, πρὸς ad, φθῆναι carmen) est ratio pronuntiandi, syllabae accidens; alia enim brevis est, alia longa, dein acuta, vel gravis, vel inflexa etc.

3) ut τύπτω — καλῶ.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. haec desunt.

4) quae] in Ed. 1538. omitt.

5) Ut exemplo ostendamus, quomodo certe quibusdam locis Ed. 1518. a sequentibus differat, hanc primam de literis particulam ex Ed. principe 1518. h. l. adscribimus, in qua sic exhibetur: „Literae Graecorum Α. Β. Γ. Δ. Ε. Ζ. Η. Θ. Ι. Κ. Λ. Μ. Ν. Ξ. Ο. Π. Ρ. Σ. Τ. Υ. Φ. Χ. Ψ. Ω. Dividuntur literae in Vocales ac Consonantes. αὐτόφωνα γράμματα. α. ε. η. ι. ο. υ. ω. Ex his δίφθογγαι propriae, hoc est, linguae genuinae, αι. αυ. ει. ευ. οι. ου. Sunt et aliae impropriae, hoc est, non genuinae linguae, sed arte confectae, quippe ad discriminandos declinationum casus. φ. η. ω. Est autem nativa pronuntiatio ου. ut Harpyia. ωυ. et ηυ. Ionum sunt ex ου. et ευ. Solent enim illi breves vocales in longas mutare. Σύμφωνα γράμματα, reliquae literae sunt. Ex his aliae mutae. β. γ. δ. π. κ. τ. φ. χ. θ. Aliae Semivocales, quarum haec duplices ζ. ξ. ψ. Hae immutabiles λ. μ. ν. ρ. Immutabiles dicuntur, quoniam nec declinando nec coniugando ut reliquae mutantur. Est et ἄσημον σ. Harum quaeque quid Iatinis possit, vide elementorum notiones, quae a Thoma nostro Anshelmi, probe sunt ac emendatissime typis literariis publicatae. Inter passiones literarum est praecipua cognatio, ὁ συμβόλισμος. quae declinando ac coniugando discitur, ut γ in ξ λέγω λέξω. Sunt alii συμβόλισμοι qui usu increbuerunt, nulla ratione, ut pro ἐντέλεια dicitur ἐνδελεία, cum compositio sit ex ἐν et τέλει. Similia his praetereo, nam ideo indico ista, ut diligens inventus horum in legendis bonis autoribus rationem habeat. Pleraque graecorum et in latina διορθογραφία Prisciani exemplo tractavimus.” Ob hanc maiorem huius Ed. a sequentibus diversitatem in hac novā Ed. eam non adscribemus, ne annotationum numerum vixis augeamus.

Accidunt ergo syllabae *προσφθίαι*.

{ μακρά - Tempus longum - ἤρωσ	{ βραχεῖα - Tempus breve - θεός	Tonus	{ Acutus	θεός
{ περισπομένη			{ Circumflexus	θεοῦ
{ δασεῖα	Spiritus asper		{ ἑλένη	
{ καὶ ψιλῆ	Spiritus tenuis		{ ἔρωσ <sup>6)</sup>	

Primum syllabae accidens tempus est; nec enim ulla syllaba tono effertur, nisi pro ratione temporis. Atque ideo sunt tempora, perinde ac fulcra quaedam tonorum, quae illi natura in syllabis priora requirunt. Itaque spectabit doctus grammaticus, primum quanta sit syllaba, longane an brevis.

Longam dignosces aut longa vocali η, ω, aut diphthongo *αἰνεῖου*, quae omnes longae sunt, aut positione, ut <sup>7)</sup> *ἄρτος*, *ἄξις*.

Brevem brevi vocali ε, ο, *θεός*.

Mediam autoritate, non vocali. Nam etsi mediae sint vocales, tamen ea est vis illarum, ut in constitutione syllabarum aut longae sunt, ut *ἴρος*, aut breves, ut *φίλος*. Autoritate igitur<sup>8)</sup> mediam arbitrabere; nam et quae brevem natura vocalem habet, nonnunquam extenditur, ut apud Homerum *μέλος*.

Prudens hoc loco multas poëmatum figuras omitto, ut pro *ὀδός οὐδός*. Sic Latinus pro opilio, upilio, protrahendae syllabae gratia dixit<sup>9)</sup>. Interim puer generales prosodiae regulas ediscat, de vocali ante vocalem, de derivatis, et similes. Quibus adeo refertae sunt grammaticorum omnium chartae, ut non habeant plures Athenae *τριβόλους* noctuas.

6) Haec tabula exhibetur in Ed. 1542. et Camerarii Editt.; in Editt. 1522., 1538., 1541. proposita ab hac paulo differt [et Circumflexus vocatur Inflexus,] eamque in his Editt. subsequuntur haecce [in Editt. 1542. sqq. alio loco exhibitae]: „Alii syllabae accidentibus passionibus annumerant lectionis adminicula, ad puncta proprie pertinent. Sunt autem *ἀπόστροφος* *aversio* supra extremum dictionis in fine elisa vocali ponitur, estque *ἀπόστροφος* signum elisae vocalis, ut *πῶρι* *ἔλεσον*, pro *κῶρι* *ἔλεσον*. In poëmatibus saepe initium dictionis occupat, ut est Callimachi hoc, *ὦ πόλλων* *ὃ παντὶ φαίνεται*, *ἀλλ' ὃ τις* *ἔσθλος*, pro *Ἀπόλλων*. Apollo non cuivis apparet, sed hono. *Υφέν* Subunio *υ*-syllabarum contrahendarum nota, qui *υ*-cunque. *Υποδιαστολή* sub extrema dictione ponitur, dictionem alteram ab altera diducens, *μηδέν*, *ἄγαν*. Usus passionum saepe ad discernendas homonymas voces confert, *ὃ, τι*, ab *ὄστις*, *ὄτι* quoniam, etc.” (Conf. p. 28.)

7) ut] in Editt. 1522—1541. deest.

8) igitur] ab Editt. 1522—1541. abest.

9) dixit] in iisd. Editt. deest.

De tonis.

Syllabarum tempora paucis attigimus. Insequitur tonus velut comes temporis<sup>10)</sup>. Difficile autem<sup>11)</sup> iudicium tonorum est, partim, quod res, non perinde Latinis veteribus frequens, hodie fere negligatur; partim, quod et apud Graecos videatur usu, quam regulis, magis probari. Vetustissimi Graecorum nullos apices scripserunt, ut est in antiquis quibusdam inscriptionibus cernere, et confirmat Politianus. Postera aetas grammaticorum artibus exercita, haec literis adiunxit *ἐπιστύλια*, quasi notas pronuntiationis; habitusque tum, qui ea contemneret, non sat politus. Vellem et Latinis par diligentia in observandis tonis fuisset, nec dubito, quin mansisset integrior superioribus seculis ratio loquendi. Sed ad institutum, ut poterit simplicissime *κᾶν ἀμαθέστερον* fieri, de tonis Graecorum regulas praescribam, quatenus res patitur, profuturas etiam Latinis<sup>12)</sup>.

Regula<sup>13)</sup>.

Non<sup>14)</sup> idem syllabae accidens est tempus, quod tonus, verum<sup>15)</sup> ut in corpore aliud est magnitudo, aliud color: ita in syllaba aliud temporis ratione venit, aliud toni. Deinde et quae cuique appellationes conveniunt, inter se dissident. Tempori longum, breve, produci, corripri attribuimus; tono acutum, grave, inflexum. Erraveris, si idem dixeris longum et acutum, grave ac breve, aut si quid aliud est huiusmodi. Longius haec oportet agam, quod vulgus grammaticorum inepte in hac re versetur.

Non omnes longae acutae sunt, Virgilius, Virg, longa est, non acuta; *Ἀριστοτέλης*, *ρισ* longa est, non acuta.

Nec omnes acutae longae sunt. Virgilius, *gi* acuitur, etiamsi brevis syllaba; sic *Ἀριστοτέλης*, *Ἔριγένης*, *τέ*, *γέ* acuntur, etiamsi breves syllabae. Plerumque Latini homines philoso-

10) Syllabarum — temporis.] haec verba in Editt. 1522—1541. non h. l., sed in principio subsequentis regulae ante verba „Non idem syllabae” leguntur.

11) autem] in Editt. 1522—1541. deest.

12) In Editt. 1522—1541. h. l. addita sunt haec:


Τόνος τρεῖς { Acutus  
Gravis  
Circumflexus

13) Regula] Editt. 1522—1541. Prima regula.

14) Non] Editt. 1522—1541. Nec.

15) veram] in iisd. Editt. deest.

phia í acuta dicimus; item<sup>16)</sup> theología, prosódia, non quod censeamus í longum esse, sed quod acuatur, atque id solitum isto pronuntiari modo, non Latino, sed Graeco. Graecae enim<sup>17)</sup> sunt dictiones, nec adeo Romanis attritae linguis, ut exuerint genuinum tonum. Fecit vulgus Romanorum história, comóedia, tragóedia, Latino tono levigatis syllabis. At philosophia, et quaedam similes voculae, doctis mansere ut hospites externaeque, non Latinae: ergo et Graecos tonos custodiunt. Cur enim<sup>18)</sup> non prosóediam dicimus ut comóediam, quando cogis Latine me prosódia dicere? Altera vox vulgo Romano detrita, quasi Romana facta est; altera in scholis doctorum hominum ut Graeca delituit. Igitur recte dices philosophía, theología, quamvis non Latine. Egregia sententia Quintiliani est, quae huc spectat: Qui Graecam, inquit<sup>19)</sup>, figuram sequi malet<sup>20)</sup>, non Latine quidem, sed citra reprehensionem loquetur. Assueverunt Latini homines et plerisque aliis Graecismis, ut paráclitus, qui num recte efferantur, vides. Nec enim η in í Latinorum transit, sed e obliquum. Habes non male dici philosophía, sed Graece, nec longum esse í, sed acutum. Id quod sexcentis versibus quidam probare conantur, rem minime dubiam indoctis etiam. Interim et hoc velim observes, metri mensuram tempus esse, non tonum. Puto autem metri mensuram, scansionem, ea est in temporibus.



A man tí' ir' a mo ris in te gra tí' est.

Quid quisque tonorum possit.

Acutus est syllabae elevatio, dóminus, Phíppus.

Gravis est communis dictionis tenor, earum videlicet syllabarum, quae nec acuto, nec circumflexo pronuntiantur tractu, Dóminus.

Circumflexus, etiamsi elevare syllabam videatur, tamen proprie non elevat, sed tardat. Ideoque arcu, quasi mollioris pronuntiationis

16) item] Editt. 1522 — 1541. ita.

17) enim] in Editt. 1522 — 1541. deest.

18) enim] in iisd. Editt. deest.

19) inquit] in iisd. Editt. deest.

20) malet] sic Ed. 1542.; Editt. 1522 — 1541. mallet.

notula scribitur. Discant ergo pueri, quatenus fieri potest, aliquod pronuntiando discrimen θεός Θεῶ, εἶς ἰς, καλῶς καλός.

#### Usus tonorum.

Quaesitus, qui dictionis tenor? aut acuto, responde, aut circumflexo efferendam. Sunt enim hi principales duo toni, et qui syllabis inscribuntur.

Acutus loca possidet, ultimam, penultimam, antepenultimam, θεός, Ὠριγένης, παράκλητος.

Circumflexus locis est, ultima, Θεοῦ, penultima, σῶμα.


Gravis omnibus syllabis est, quae nullo alio tono acuto aut circumflexo insigniuntur, nec scribitur unquam sua vice, ut in<sup>21)</sup> dóminus, mínus graves sunt, nullis insignitae tonis. Deinde vero cum in postremis syllabis aliquando scribitur θεῖς ἡμῶν, non est genuinus, sed adsciticus syllabae, id quod posthac commonebimus.

#### Regula<sup>22)</sup>.

Nulla nec Latinis, nec Graecis dictio duobus principalibus est insignita tonis e sui natura, nisi sicubi<sup>23)</sup> encliticae particulae tonus in finem superioris vocis reflectitur, id quod citra vocis eius naturam fit, ut<sup>24)</sup>

Dóminus	Dóminúsque
Octaviánus	Octaviánúsque
Τηλέμαχος	Τηλέμαχός τε
σῶμα	σῶμά τε

Hoc loco<sup>25)</sup> admonendi sunt pueri, ut et Latina et Graeca aptius legant, ne naturalem dictionis tonum omnino negligant, si quando duo in dictionem incidunt toni. Alter proprius ac nativus; alter accessorius δι' ἔγκλιον. Sed ita pronuntient, ut et suaviori sono nativum, et tractu suo accessorium dignentur, ut<sup>26)</sup>



21) ut in] ab Editt. 1522 — 1541. abest.

22) Regula.] Editt. 1522 — 1541. Prima regula.

23) nisi sicubi] sic Ed. 1542.; Editt. 1522 — 1541. Sed ad hunc.

24) ut] in Editt. 1522 — 1541. deest.

25) Hoc loco] sic Ed. 1542.; Editt. 1522 — 1541. Τηλεμάχου τε [Editt. 1538., 1541. τί], nec mos est et in ultimam acutum alium constituere. Hoc loco

26) ut] in Editt. 1522 — 1541. deest.

## Regulae speciales.

## De tonis.

Ex syllabis aliae sunt longae, aliae breves, id quod supra admonui. Iam et dictionum aliae sunt monosyllabae, aliae disyllabae, aliae πολυσύλλαβοι.

De monosyllabis <sup>27)</sup>.

Omnis monosyllaba aut est	}	Brevis, et acuitur, ut <sup>28)</sup> σός, μέν.
		Longa
	}	Positione, et acuitur, ut ἄλς, φρούς.
		Vocali seu diphthongo non contracta, et acuitur, ut χθών, φρήν, χείρ.
	}	Vocali seu diphthongo contracta, et inflectitur, ut νοῦς a νόος, φῶς a φάος.
		Item μῦς etc.

Sat fuerit haec de monosyllabis praecepisse. Caeterum te inhortor, ne frigide monosyllaba tractes, quae vel differentiae, vel ἐγκλίσεων causa variantur  $\tilde{\omega}$   $\tilde{\omega}$   $\tilde{\eta}$   $\tilde{\eta}$   $\tilde{\eta}$  <sup>29)</sup>.

Articuli per sese patebunt. Item praepositiones etc.

## Regula secunda.

Monosyllabae acutae, obliquus disyllabus posteriorem acuit, ut φρήν φρενός, λίψ λιβός, Θήρ Θηρός etc. <sup>30)</sup>.

De disyllabis ac polysyllabis coniunctim <sup>31)</sup>.

Ab ultimae syllabae tempore Graeci toni iudicium est, sic a penultimae tempore Latinus vestigat tonum. Proinde semper inspicias ultimam, quae acuta erit, si finiet

εύς, ut βασιλείς.

ώ nominum, ut Σαπφώ.

ίς patronymicorum, ut Νεστορίς.

άς patronymicorum, ut Ίλιάς.

κός adiectivorum, ut κακός.

τός verbalium adiectivorum simplicium, ut χριστός.

μός verbalium substantivorum simplicium, ut λογισμός.

<sup>27)</sup> Haec inscriptio in Editt. 1522—1541. deest.

<sup>28)</sup> et acuitur ut] in iisd. Editt. desunt.

<sup>29)</sup>  $\tilde{\eta}$ ] sic recte Ed. 1557.; Editt. 1522—1548.  $\tilde{\eta}$ .

<sup>30)</sup> Tota haec regula ab Editt. 1522—1541. abest.

<sup>31)</sup> coniunctim] in iisd. Editt. deest.

τής verbalium substantivorum simplicium, ut ποιητής.

τήρ verbalium substantivorum simplicium, ut σωτήρ.

ή verbalium substantivorum, ut γραφή.

Adde his pleraque in ις quintae declinationis, ut ἀκρίς, locusta.

Item in ρος et λος et ης adiectivorum declinationis primae contractorum. Adeoque familiaris tonus est acutus ultimis nominum derivatorum, ut θεός a θεάω, contemplor, atque haec usu deprehendes, regulis complecti nemo sane poterit.

Regula <sup>32)</sup> secunda.

Recti in ος acutus manet et in accusativis et vocativis omnibus. Sic foemininam, sic neutram terminationem arbitrabere.

λευκός	λευκόν
λευκή	λευκήν.

## Regula tertia.

Quorum nominativi acuti sunt, eorum ultimas in omnibus genitivis ac dativis inflectes

λευκός	λευκοῦ
θεός	θεοῦ

Ita fit et in nominibus verbalibus in τής, ut ποιητής ποιητοῦ. Aliarum terminationum obliquos declinando disces.

De polysyllabis seorsim <sup>33)</sup>.Regula prima <sup>33)</sup>.

In polysyllaba, cuius ultima est longa, (modo non cadat in priorem regulam, ut ἀληθής,) penultima acuitur, Ὠριγένης, Ἀριστοτέλης, φιλοσοφία, Θεολογία, ἑλένη. Tolle derivata et differentias γενετή, ἑλαιών.

## Regula secunda.

In polysyllaba, cuius ultima est brevis, penultima longa, acuitur antepenultima, ut ἄνθρωπος, παράκλητος, διώκησις, ἐλέησον. Deme contractiones, ut ποιούμεν <sup>34)</sup>.

<sup>32)</sup> Regula] haec vox in Editt. 1522—1541. h. l. et in seqq. deest.

<sup>33)</sup> seorsim. Regula prima] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

<sup>34)</sup> Deme — ποιούμεν.] haec in Editt. 1542. et seqq. h. l. leguntur; in Editt. 1522—1541. eadem verbis „penultima longa,” et „acuitur” interposita sunt.

Ergo est alia toni Graeci, alia Latini ratio. Iudicium Latini est e penultima; sic enim illorum grammatici: Penultima longa, accentus est in eadem.

Quare dices Latine *paraclétus*, *dioecésis*; Graece *paráclétus*, *diócesis*. Quid enim refert, Graece dicas an Latine? modo non male.

#### Regula tertia.

At si omnes breves sunt in polysyllaba, acutus est in antepenultima *ἔλεγος*, *ἔλεος*.

De disyllabis seorsim<sup>35)</sup>.

#### Regula prima<sup>36)</sup>.

Utraque brevi acutus est in priori, *λόγος*, *τύπος*, *ὄνος*. Nota derivata, *θεός*, *σοφός*.

#### Regula secunda.

Utraque longa prior acuitur, *ἄρκτον*, *τύπτω*, *ὄκνου*. Tolle regulae superioris exempla, *λευκοῦ*.

#### Regula tertia.

Prior positu longa, brevi sequente, acuitur, *ἄρτος*, *ὄκνος*, *μάντις*, *μάρτυς*. Derivatorum cohors tollatur, *χριστός*.

#### Regula quarta.

Prior brevis, longa sequente, acuitur, *λέγω*, *τύπου*, *ἄβαξ*. Nota differentia, ut *θεά*, *θεά*; item derivata, ut *χιτών*. Quo te loco rursus admoneo regulae supra positae de obliquis, *θεός*, *θεοῦ*, *θεῶ*, *θεά*, *θεᾶς*, *θεᾶ*<sup>37)</sup>.

#### De gravi seu syllabico tono.

Gravis tonus, est communis pronuntiatio- nis tenor, his syllabis, quae nec sunt acutae, nec inflexae, philosophia sola i acuitur, reliquae syllabae graves sunt. Deforme fuerit fortasse tot apices singulis syllabis inscribere, praesertim nihil praeter communem pronuntiandi modum designantes. Ideo suam fungens vicem, nunquam scribitur.

35) De disyllabis seorsim.] sic Ed. 1542.; Editt. 1522—1541. De disyllaborum acutis.

36) Haec inscriptio in Editt. 1522—1541. deest.

37) Haec verba in Editt. 1522—1541. subsequitur haecce regula:

#### Quinta.

Monosyllabae acutae, obliquus disyllabus posteriorem acuit, *φρήν φρενός*, *λίψ λιβός*, *θήρ θηρός*.

Aliquando vero in solis ultimis pro acuto scribitur consequentiae causa in legendo, et quasi cohaerentiae. Quis enim non audiat lubentius *πατήρ ἡμῶν*, quam *πατήρ ἡμῶν* asperitate acuti, quasi segregatam vim sententiae ac mutilam? Sic<sup>38)</sup> *μουσικήν ἔρωσ διδάσκει*, pro<sup>39)</sup> *ἔρωσ διδάσκει μουσικήν*.

Sed de gravi disputantibus, occurrunt particulae quaedam differentiae causa gravem acuto non mutant, nec econtra, ut<sup>39)</sup> *τις* quidam, et<sup>40)</sup> *τις* quis? inter quae duo facile internoscas, cum aliis adhaerent dictionibus. Nam<sup>40)</sup> *τις* quidam encliticon est, *τις* quis? non est encliticon.

Obiter de encliticonis hic nota.

*Nomen* inflectit supra se tonum: *ἤκουσά τι-νων*<sup>40)</sup>.

*Articulus* pro *τις* usurpatus, *δέδωκά τω*, *δέδωκά τινι*.

*Verba*, *φιλόσοφος εἰμι*, *ἐγὼ φημι*.

*Pronomina* monosyllaba, *δέδωκάς μοι*, *δίδομί σοι ἀγγύριον* et<sup>41)</sup> *σφίσι*.

*Adverbia* *ποτέ*, *πῶς*, et enclitica haec ab interrogativis *ποτέ*, *πῶς* distingues.

*Coniunctiones* *καί*, *γε*, *τε*, *περ*, ut *Τηλέμαχος τε*, *σῶμά τε*; non autem *Τηλεμάχου τε*, sed *Τηλεμάχου τε*, unico tono. Neque enim mos est, acuta penultima in ultimam alium acutum constituere<sup>42)</sup>. Plerique grammaticorum longo examine isthaec per spondaicas, trochaicas, iambicas, dactylicas dictiones vestigant, nos ea aliis locis agemus.

#### De circumflexo.

#### Regula prima.

Nunquam est in syllaba brevi circumflexio.

#### Regula secunda.

Nunquam est in syllaba positione longa circumflexio, ni eam contractio excuset. Alicubi et liquidae in causa sunt, cur in positione longam incidat circumflexus. Nam ut circumflexus

38) Sic . . . pro] hae voces in Editt. 1522—1541. desiderantur.

39) ut . . . et . . . Nam] in Editt. 1522—1541. desunt.

40) *ἤκουσά τινων*] in Editt. 1522—1541. his verbis gr. addita sunt: id est, audivi quosdam.

41) et] sic Editt. 1522—1541.; Ed. 1542. *καί*.

42) *καί*, *γε* — constituere.] sic Ed. 1542.; Editt. 1522—1541. horum loco habent: *γάρ τε*.

mollis natura tonus est, ita molles literæ liquidae, ut *γρᾶμμα, μᾶλλον*.

### Regula tertia.

Ultima, si qua inflectitur, certiore regula, quam sit, quae declinando coniugandoque sese offeret, describi non potest<sup>43)</sup>:

*θεός, θεοῦ, ποιέω, ποιῶ.*

Isthic et de polysyllabων circumflexione, quae est in penultimis, agetur, *βοῶμεν, ποιούμεν*.

Neque certius quidquam de circumflexo doceo, quam quod aliquoties iam admonui, esse circumflexum familiarem contractis, *Ἰησοῦς*.

### Regula quarta.

Penultima, in disyllaba priore natura longa, posteriore brevi, circumflectitur, ut<sup>44)</sup> *χρῆμα, χρῆσις*. Atque hac regula mihi de disyllabis tantum agitur, aûdet estur.

Quae communes hasce regulas *προσφδιῶν* turbent.

Adnotabo capita, in quae referes, sicubi variant toni a regulis iis, quas praescripsimus.

#### I. Ἰδιώμα, Linguae proprietates.

Atticus regulam de acuenda penultima, si ultima sit longa, non servat in nominum quorundam flexu, ut<sup>45)</sup> *Μενέλεως, χρήσεως<sup>45)</sup>, Ἐφμόλεως, γενέσεως*.

*Τροπαῖον* commune, iuxta regulam supra, *τροπαῖον* Atticum est, quamquam hoc proprie analogicon est, e denominativi formula, *τοῦ η* acuti in *αι* circumflexum. Nec enim facile transfertur tonus, qui in ultima dictione fuit. Est enim<sup>46)</sup> *τροπή*; hinc non translato tono, sed inflexo, propter sequentem brevem, *τροπαῖον*.

*Καλῶς, σοφῶς* communiter adverbia sunt, ut infra dicetur, a *καλῶν, σοφῶν*. Nam a genitivis adverbia hoc modo formantur, quare et iidem toni manent. Dores *κάλως, σόφως* faciunt.

*Φιλόσοφος* commune, Doricum *φιλοσόφος*. Si lubet huc pro varietate dialectων, collige literarum passiones, quibus mutatis saepe prosodiae

43) potest] sic Ed. 1542.; Editt. 1522—1541. poterit.

44) ut] in Editt. 1522—1541. his et aliis locis deest.

45) *χρήσεως*] sic Editt. 1542. et seqq.; Editt. 1522—1541. *χρῆσεως*.

46) Est enim] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

mutantur. *Ἀχιλλέως* communiter, *Ἀχιλλῆος* Ionice, *μόνος, μῶνος*.

#### II. Compositio<sup>47)</sup>.

Quae fines derivata acuunt, composita tonum transferunt, ut

<i>σοφός</i>	<i>φιλόσοφος</i>
<i>βροτός</i>	<i>ἄμβροτος</i>
<i>λογισμός</i>	<i>συλλόγισμος</i>
<i>λακτός</i>	<i>διάλεκτος</i>
<i>σκοπός</i>	<i>ἐπισκοπος</i>
<i>γνωστός</i>	<i>σύγνωστος</i> .

Memineris quaeso huius capituli accurate; nullo enim prorsum alio modo crebrius toni transferuntur.

Variat item compositio tonum, cum<sup>48)</sup> verbale disyllabon breve nomini componitur, ut

*τόκος* partus, a *τίκτω, θεότοκος*.

*πολυπλόκος*, a *πλέκω*. Homerus *πολυπλόκος νόος* dixit, id est, vafer animus.

*λόγος θεόλογος*. Atque id de brevibus. Longorum alia est ratio.

Atque in talibus si sit tonus in penultimis, active significant; passive, cum est in antepenultimis, ut *θεότοκος*, id est, genitus a Deo, *θεοτόκος*, id est, pariens Deum.

#### III.<sup>49)</sup> Abscisio.

*Ἀποκοπή* tonum integrae dictionis non mutat, manetque recisae dictionis syllabae is tonus, qui fuit integrae, etiam temporum repugnante lege. *Ἀκουμέναι* pro *ἀκούειν*, Ionicum infinitivum est, et Homero perquam frequens, absissim *ἀκουέμεν* dicitur. An non harum syllabarum lex huic repugnat tono? sed huic apocopes regulae servies.

Idem fit in his, quae paragogis proferuntur, ut *καλοῖς καλοῖσι, ἀνθρώποις ἀνθρώποισι*.

#### IV.<sup>50)</sup> Transpositio.

Etiam *ἀναστροφή*<sup>50)</sup> propositionum tonos traducit, *σοφίας περί*, quum pro regula dicas *περί σοφίας*.

47) II. Compositio.] sic scripsi, ut sequentibus inscriptionibus haec magis congruat; Editt. 1522—1541. habent inscriptionem: *Compositio*; in Camerarii Editt. legitur solus numerus: II.; in Ed. 1542. neutrum h. l. invenitur.

48) cum] sic Ed. 1542.; Editt. 1522—1541. ut cum.

49) III. . . IV.] sic Editt. 1542. et seqq.; in Editt. 1522—1541. hi numeri desunt.

50) Etiam *ἀναστροφή*] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. desunt.

V. Differentia <sup>51</sup>).

Demum observet puer differentias, quarum saepe supra memini, *Θέα, Θεά*. Item, ut quidam nominum verborumque casus flectendo a superioribus regulis aberrant. Hoc enim veluti auctarium prosodiae libuit adiungere, ut

οι nominum tert. decl.	brevium tonis censentur, etiam- inflex. } si longa sint tem- pora	ανθρω- ποι, μου- σαι, τυ- πτοιμαι.
αι nominum secund.		
αι verborum pass.		

Item, quod <sup>52</sup>) qui in fine tonus est, declinando in eadem syllaba manet, *Παλλάς Παλλάδος, εὐσεβής εὐσεβέος, ιδρωῶς ιδρωῶτος*. Quod idem fit et <sup>53</sup>) in diminutivis quibusdam, videlicet ab iis derivatis, quorum ultimae acuuntur, ut *θήρ, θηρί, θηρίον* <sup>54</sup>).

Item declinationis varietate, variari tonum, *Θαλής* primae, *Θάλης* quintae.

Item Modo tonum mutari, *εἶπε* indicativum est, *εἰπέ* imperativum. Collige huc similia, mihi sat videbatur capita, observandique rationem indicare.

## De Spiritibus.

Multo negotio Choeroboscus tractavit spiritus. Tu paucis accipe, quae ad rem commodumve attinent.

## Regula prima.

Spiritibus utimur in solis earum dictionum initiis, quae vocalia sunt *ἔρως, ὀδός, υ* semper aspiratur.

## Regula secunda.

Ex consonantibus sola ρ initio dictionis aspiratur, ut *ῥώμη* <sup>55</sup>). In medio si duo sunt ρ, alterum tenui, alterum aspiratione signabis, ut *ἐπίρρημα* <sup>56</sup>).

51) Haec inscriptio in Editt. 1522—1541. non invenitur.

52) quod] sic Editt. 1542. et sqq.; in Editt. 1522—1541. deest.

53) Quod idem fit et] sic Editt. 1542. et sqq.; Editt. 1522—1541. Sic est.

54) videlicet — *θηρίον*.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. *θήρ, θηρί, θηρίον*, ab iis derivata, quorum ultimae acuuntur.

55) ut *ῥώμη*] in Editt. 1522—1541. h. l. desunt.

56) ut *ἐπίρρημα*.] Editt. 1522—1541. *ῥώμη ἐπίρρημα*.

Alii syllabae accidentibus passiones quoque annumerant lectionis adminicula, quae ad puncta proprie pertinent. Sunt autem

*Ἀπόστροφος, Aversio*, quae supra extremum dictionis in fine ponitur, estque signum elisae vocalis, ut *κύρι' ἐλέησον*, pro *κύριε ἐλέησον*.

In poematis saepe initium dictionis occupat, ut est Callimachi hoc: *ὦ πόλλων οὐ παντὶ φαιίνεται, ἀλλ' ὅ,τις ἐσθλός*. Apollo non cuivis apparet, sed bono; pro *ὁ Ἀπόλλων*.

Accidit autem haec elisio ex vocalibus α, ε, ι et ο, ut *ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, et καὶ νήεσσ' ἰγήσατ' Ἀχαιῶν*.

Ex diphthongis autem αι et οι, ut *βούλομ' ἐγώ*. et *ὦμ' ὡς ἄχθομαι*, quamquam posterius hoc rarius. Quo loco etiam illud notandum, quod consonans, circa quam elisio fit, si fuerit tenuis, sequente vocali aspirata, etiam ipsa in aspiratam suam convertitur, ut *ἀνθ' ὦν*, pro *ἀντὶ ὦν*, *ἐφ' ἡμῶν*, pro *ἐπὶ ἡμῶν*. Quod idem et in compositis servatur, ut *ἀφαιροῦμαι*, ex *ἀπὸ* et *αἰροῦμαι*, *κάθοδος* ex *κατὰ* et *ὀδός*.

*Υφέν*, Subunio, — syllabarum contrahendarum nota, ut qui — cunque.

*Υποδιαστολή*, Subdistinctio, haec sub extrema dictione ponitur, dictionem alteram ab altera diducens, ut *μηδέν, ἄγαν*. Usus passionum saepe ad discernendas homonymas voces confert, ut *ὄ,τι* ab *ὄστις*, et *ὄτι* quoniam, et caetera <sup>57</sup>).

Haec de prosodia. Vestrum erit et operam meam honi facere ac aequi, et frequenter <sup>58</sup>), ne frustratus videar studio meo, regulis adsciscere usu linguae acervos exemplorum.

## Etymologia.

*Ἐτυμολογία* <sup>59</sup>) Etymi ratio <sup>60</sup>) est. Etymum proprietas est <sup>61</sup>) dictionis. Dictionum aliae sunt Articulus, Nomen, Verbum, Participium, Pronomen, Adverbium, Coniunctio, Praepositio.

57) Alii syllabae — et caetera.] haec hoc quidem loco in Editt. 1522—1541. desunt; vide supra p. 17. notam 6.

58) frequenter] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. frequentes.

59) *Ἐτυμολογία*] sic Editt. 1542. sqq.; in Editt. 1522—1541. deest.

60) ratio] sic Editt. 1522—1541. et Camerarii Editt.; Ed. 1542. dictio.

61) est] sic Editt. 1522—1541.; in Editt. 1542. sqq. deest.

Articulus.

Ἄρθρον Graeci ab ἀρτῶν derivant, auctore Manuele Moschopulo, quod hoc orationis membra cohaereant, nominum casus ac genera internoscantur. Minuta sermonis particula, sed quam si tollas, nihil aptum, nihil integrum, nihil sonabis decens. Ut enim articulis vegetamus corporis molem, ita articulis orationis partes discriminatas compingimus. Ignorat articulum omnino Latinus sermo, quare Latinis vocibus reddi aut exponi nequit. Nam quod grammatici nominum declinandorum casibus addiderunt, hic, haec, hoc, docendi gratia fecere, non quod sermo Latinus hos haberet articulos. Germanicus sermo habet articulum, nec Graeci articulum vim exacte cognoveris, nisi ex Germanico idiomate. De qua re plura disseremus in Constructionibus, ubi de articulo copiosius agemus, quod vix a quoquam videam hanc sermonis partem digne tractatam.

Accidunt articulo genera, Masculinum, Foemininum, Neutrum.

Numeri tres, Singularis, Dualis, Pluralis. Vincit enim Latinum sermonem Duali numero Graeca copia.

Casus quatuor, Nominativus<sup>63)</sup>, Genitivus, Dativus, Accusativus. Nam Vocativi nullus est articulus, sed eius vice utimur adverbio vocandi ἄ. Ablativo Graecia in universum caret.

Accidit et figura. Sunt enim simplices articuli, ὁ ἢ τὸ, ὅς ἢ ὄ.

Compositi ὅδε, quod habet vim demonstrativi pronominis iste, ὅσπερ ἢ ἤπερ ὅπερ, qui quae quod, idem valet, quod simplex ὅς ἢ ὄ, ὅστις, quicumque, quamquam et saepe pro simplici usurpetur.

Declinationem oculis hac tabula subiecimus.

Articuli prae-positivi.	Masc.	ὁ τοῦ τῷ τὸν	Hic
		τῶ τοῖν	
	Foem.	οἱ τῶν τοῖς τοῖς	
		ἡ τῆς τῇ τῆν	Haec
	Neutr.	τὰ ταῖν	
		αἱ τῶν ταῖς τὰς	
		τὸ τοῦ τῷ τὸ	Hoc
		τῶ τοῖν	
		τὰ τῶν τοῖς τὰ	

63) Nominativus] Ed. 1538. male: Nominatus.

Articuli post-positivi.	Masc.	ὅς οὗ ᾧ ὄν	Qui <sup>63)</sup>
		ῶν οἶν	
	Foem.	οἱ ῶν οἷς οὖς	
		ἡ ῆς ῆ ἡν <sup>64)</sup>	Quae
	Neutr.	ἄν αἶν	
		αἱ ῶν αἷς ἄς	
		ὄ οὗ ᾧ ὄ.	Quod
		ῶ οἶν	
		ἄ ῶν οἷς ἄ <sup>65)</sup> .	

Articuli compositi ὅδε et ὅσπερ flectuntur sicut simplicia, non mutatis δε et περ, ut ὅδε τοῦδε τῷδε, et sic ὅσπερ οὗπερ ᾧπερ etc.

ὅστις vero utramque compositionis partem declinat. Quare hic obiter τίς declinabimus, eo quod ad nominum formam non admodum quadret. Sicut nec vocabulum quis, apud Latinos.

Τίς cum acuto vox est interrogandi, quis? et declinatur in hunc modum, servans acutum in priore syllaba.

Singul. Nominat.	τίς
Genit.	τινός
Dat.	τινί
Accusat.	τινά.
Dual. Nominat.	τινε
Genit.	τινοῖν
Dat.	τινοῖν
Accusat.	τινε.
Plural. Nominat.	τινες
Genit.	τινων
Dat.	τίσι
Accusat.	τινας.

Τίς cum gravi, postpositiva particula, significat quidam, servatque declinando tonum gravem in fine. Caeterum forma flectendi eadem est, quae fuit supra.

Singul. Nominat.	τίς
Genit.	τινός
Dat.	τινί
Accusat.	τινά.
Dual. Nominat.	τινὲ
Genit.	τινοῖν
Dat.	τινοῖν
Accusat.	τινὲ.

63) Qui] sic Editt. 1522—1541.; Editt. 1542. sqq. Quis.

64) ἡν] Ed. 1538. male: ἦν.

65) ἄ] Ed. 1542. male: ἄς.



Plural. Nominat.	τινές
Genit.	τινῶν
Dat.	τισὶ
Accusat.	τινάς <sup>66)</sup> .

Atque hae quidem sunt masculinae et foemininae formae. Eodem plane declinabis modo neutra *τί* et *τὶ*.

Iam vide, ut articulus compositus *ὅστις* flecti debeat, *ὅστις*  
*οὗτινος*  
*ὄτινι*  
*ὄτινα* etc. declinata utraque compositionis parte.

### De Nomine.

*Nomen*, Graeci *ὄνομα* vocant, dictio est, quae casu flectitur. Nominum aliud est adiectivum, aliud substantivum. Adiectivum, quod tribus generibus variatur; Substantivum, quod uno aut ad summum duobus. Curae sit pueris adiectivorum terminationes novisse, quare formulas subiicio.

*As* πᾶς } Et sic moventur aorista participia  
πᾶσα } in *as*, nec aliud nomen ullum.  
πᾶν }

μέλας μέγας  
μέλαινα μεγάλη } Foem. terminatio mutuatia est.  
μέλαν μέγα

*His* ὁ καὶ ἡ ἀληθής  
τὸ ἀληθές.

*Eis* χαρίεις  
χαρίεσσα  
χάριεν.

*Is* ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις } Nec sunt huiusmodi alia  
τὸ φιλόπατρι. } praeter composita.

*Ys* ἡδύς πολὺς  
ἡδέϊα πολλή, mutuatium  
ἡδύ πολὺ.

Composita *us*, ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, τὸ ἄδακρυ.

*Oς*<sup>67)</sup> purum aut *ρος* finientia<sup>68)</sup> foeminina per *a* faciunt, quamquam per crebram mutationem *a* in *η* etiam per *η* efferantur, sicut et *η* finientia Dorienses per *a* efferunt.

δίκαιος δίκαια δίκαιον  
καθαρός καθαρά καθαρόν.

66) τινάς] Ed. 1538. τινά.

67) *Oς*] Ed. 1538. male: *Ως*.

68) *ρος* finientia] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1532—1541. *e* finiens.

Reliqua in *ος* foeminina regulariter per *η* efferunt.

σοφός σοφή σοφόν

Composita in *ος*, generis communis sunt, ut ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, τὸ φιλόσοφον.

Ex *ος* nascitur et *ους* terminatio quorundam adiectivorum, ut

χρυσούς pro χρυσεός ἀπλοῦς pro ἀπλόος  
χρυσᾶ ἀπλή  
χρυσούν ἀπλοῦν.

Huius formae sunt, quae fines circumflectunt.

Composita, { ὁ καὶ ἡ πολύπους<sup>69)</sup>  
τὸ πολύπουν

*Ως* ὁ καὶ ἡ εὐγεως } Atticorum terminatio est,  
τὸ εὐγεων } ut infra in declinationibus  
est cernere.

*Hv* ὁ καὶ ἡ τέρην  
τὸ τέρεν.

*Ων* ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων  
τὸ εὐδαιμον.

*Αρ* ὁ ἡ τὸ μάκαρ.

Si qua adiectiva inciderint, ad has formas<sup>70)</sup> exigat puer et moveat, et genera e generibus derivet.

Accidunt nomini Species, Genera, Casus, Declinatio, Figura.

### Species, εἶδη.

*Πατρωνυμικόν* gentile nomen est, ut *Ἀτρείδης Ἀγαμέμνων*, Atrides Agamemnon, id est, Atrai filius. Saepe et pro possessivo Graecus usurpat, quemadmodum et noster poeta dixit: *Πηλεΐας* hasta.

Terminationes masculinae *δης*, *ων*, *διος*. Foemininae *ας*, *ις*<sup>71)</sup>, *νη*, ut *Πριαμίδης*, *Πηλείων*, *Υφράδιος*, *Ἰλιάς*, *Πριαμίς*, *Ἀδραστίνη*.

Formandi rationem usu deprehendes, et grammaticorum Latinorum quidam tradidere.

### Comparativum.

Adiectiva in *ος* regulariter faciunt comparativos *ς* abiecta, et *τερος* ad positivum addita, *λευκός*, *λευκότερος*. In his, quae penultimam positivi habent longam, *ο μικρόν* servant; quae

69) πολύπους] Ed. 1538. male: πολύπις, Ed. 1541. πολέπους.

70) formas] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1532—1541. formulas.

71) *ις*] Ed. 1538. male: *ης*.

vero brevem, ο μικρόν mutant in ω μέγα, ut σοφός σοφώτερος, ένδοξος ένδοξότερος.

Adiectiva in ης, faciunt comparativum ης in ες mutato, et addita voce τερος, ut ἀληθής ἀληθέστερος.

Sic et quae εις finiunt, εστερος faciunt comparativos, ut χαρίεις χαριέστερος.

In ους, τερος addunt, ut ευνούς ευνούστερος.

Quae ων finiunt, mutant ω in ο, et comparativum in έστερος finiunt, ut σώφρων σωφρονέστερος<sup>72)</sup>.

Quae υς finiunt, ς abiiciunt, addita τερος, ut βραχύτερος. Sed in υς pleraque faciunt<sup>73)</sup> comparativos in ων, ut

ήδύς ήδιών, ταχύς ταχίων. Sic et μέγας μείζων. Estque haec anomala terminatio comparativorum<sup>74)</sup>.

### Superlativum.

Comparativi terminationem τερος muta in τatos, facturus regulare superlativum.

ut	λευκότερος	λευκότατος
	ἀληθέστερος	ἀληθέστατος
	χαριέστερος	χαριέστατος
	ευνούστερος	ευνούστατος
	σωφρονέστερος	σωφρονέστατος
	βραχύτερος	βραχύτατος.

Quorum vero comparativi ων<sup>75)</sup> finiunt, ιστος erit superlativorum enclisis, ut

ήδιών	ήδιστος
μείζων	μέγιστος.

Subiicio comparativorum ac superlativorum paradigmata, ad quae exiget puer adiectiva, quaecunque inciderint, et inde cognoscet, quae adiectivorum terminationes comparisonem admittant.

### Comparationes analogicae seu regulares.

Ος σοφός	σοφώτερος	σοφώτατος
σοφή	σοφωτέρα	σοφωτάτη
σοφόν	σοφώτερον	σοφώτατον.

72) Quae ων — σωφρονέστερος.] haec in Editt. 1522 — 1541. desunt.

73) faciunt] in iisd. Editt. deest.

74) ut ήδύς — comparativorum.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541.: Est anomala terminatio adiectivorum ων, ut ήδύς ήδιών, μέγας μείζων.

75) comparativi ων] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. ων comparativi.

Ης ό ἀληθής	ἀληθέστερος	ἀληθέστατος
ή ἀληθής	ἀληθεστέρα	ἀληθεστάτη
τό ἀληθές	ἀληθέστερον	ἀληθέστατον.

Ων ό σώφρων	σωφρονέστερος	σωφρονέστατος
ή σώφρων	σωφρονεστέρα	σωφρονεστάτη
τό σώφρον	σωφρονέστερον	σωφρονέστατον.

Εις ό χαρίεις	χαριέστερος	χαριέστατος
ή χαρίεσσα	χαριεστέρα	χαριεστάτη
τό χάριεν	χαριέστερον	χαριέστατον.

### Comparationes anormalae.

Υς ό ήδύς	ήδιών	ήδιστος	Dulcis <sup>76)</sup>
ή ήδεια	ήδιών	ήδίστη	
τό ήδύ	ήδιον	ήδιστον	

πολύς*	πλείων	πλείστος	Multus <sup>76)</sup>
πολλή	πλείων	πλείστη	
πολύ	πλείον	πλείστον	

ό μέγας	μείζων	μέγιστος	Magnus
ή μεγάλη	μείζων	μεγίστη	
τό μέγα	μείζων	μέγιστον	

ό καλός	καλλίων	καλλιστος	Bonus
ή καλή	καλλίων	καλλίστη	
τό καλόν	κάλλιον	κάλλιστον.	

Varios autem comparativos et superlativos<sup>77)</sup> καλός seu αγαθός recipit.

καλλίων	κάλλιστος
βελτίων	βέλτιστος
ἀμείνων	sine superlativo
κρείττων	κράτιστος
ἀρείων	ἀριστος
λωίων	λῶστος

ό κακός	κακίων	κάκιστος	Malus
ή κακή	κακίων	κακίστη	
τό κακόν	κάκιον	κάκιστον.	

Recipit et κακός varios comparativos.

χείρων et χειρίων	χείριστος.		
Et μικρός <sup>78)</sup>	ελάττων	ελάχιστος	Parvus
	ήσων	sine superlativo	
	μείων	sine superlativo	

ό αισχρός	αισχίων	αΐσχιστος	Turpis
ή αισχρά	αισχίων	αισχίστη	
τό αισχρόν	αΐσχιον	αΐσχιστον	

ό έχθρός	έχθίων	έχθιστος
ή έχθρά	έχθίων	έχθίστη
τό έχθρόν	έχθιον	έχθιστον.

76) Dulcis . . . Multus] hae voces in Editt. 1522 — 1541. desunt.

77) Et superlativos] haec in Editt. 1522 — 1541. desunt.

78) Et μικρός] Editt. 1522 — 1541.: Sic μικρός parvus, alienos habet comparativos.

Invenias apud poetas nonnunquam et alios comparativos, ut βράσσων segnior a βραδύς, θάσσων celerior a ταχύς, et πάσσων crassior a παχύς, et similes, quos tuum erit lector observare. Nam in regulam grammaticam omnia cogi nequeunt. Inveniuntur et comparativa, quae unde deducta sint, non apparet, ut ἄλγιον, ῥίγιον, ῥᾶον, nisi a verbis esse facta illa dicamus, ut Latinorum aliqui, deterius a detero<sup>79)</sup>).

#### Denominativum.

κος, ut μουσικός  
 ιος, ut οὐράνιος  
 ωδης, ut λιθώδης lapideus  
 εις, quae possessivorum proprie significationem habet, ut Ἡράκλειος.

#### Diminutivum.

Diminutivorum masculinae terminationes sunt

ων, ut μωρίων, inorio  
 αξ, ut λίθαξ, lapillus  
 σκος, ut ἀνθρωπίσκος, homuncio  
 λος, ut ναυτίλος, nauta.

Foeminae, ις, ut Θεραπειίς  
 σκη, ut παιδίσκη, ancilla.

Neutorum, νιον, ut ὀψώνιον, coenula  
 κιον, ut μινράκιον, adolescentulus  
 λιον, ut ἐιδύλλιον, imaguncula  
 φριον, ut ζωύφριον, bestiola  
 διον, ut κρεάδιον, caruncula.

De verbalibus vide in fine regularium verborum.

#### Genera.

Masculinum	ἀρσενικόν, ὄ.
Foemininum	θηλυκόν, ἡ.
Neutrum.	οὐδέτερον, τό.
Commune	κοινόν, ὁ καὶ ἡ.
Promiscuum	ἐπίκοινον.

Et apud Graecos nihil de generibus praecipitur, quod declinationibus cognoscantur. Quod si quis omnino et generum regulas postulet, sequatur formas Latinas. In α foemina sunt praeter verbalia, in η foemina, et sic de reliquis.

79) Inveniuntur — detero ] sic Editt. 1512., 1548., 1557.; in Editt. 1522—1541. et 1548. haec desunt.

Casus,	πτώσις.
Nominativus	ὀνομαστική.
Genitivus	γενική.
Dativus	δοτική.
Accusativus	αἰτιατική.
Vocativus	κλητική.

#### Declinatio.

Quinque sunt ordines Graecae declinationis, quos simplices vocamus, et ex quinta nascuntur quidam ordines flectendi nomina, quae Contracta vocant. Nam cum in quibusdam nominibus quintae declinationis continuae vocales faciant καχοφωνίαν, solent eae vocales mutari, concerpi et collidi, ne hiulca sit pronuntiatio. Inde nomina quaedam contracta vocant, servantia quidem naturam declinationis quintae, sed alicubi mutantia nonnihil propter suaviorem pronuntiationem. Qua de re infra plura.

Porro quia simplicem casuum formationem etiam linguae proprietas interdum variat, de hac quoque repetenda quaedam longius videntur, antequam ad ipsas declinationes veniamus<sup>80)</sup>.

#### De Dialectis.

Lata<sup>81)</sup> fuit regio, quae Graeciae nomine quondam censa est. Itaque et omnis generis disciplinarum plurimos scriptores habuit. Fuit ergo et multiplex loquendi ratio aliis partibus. Ea loquendi proprietas διάλεκτος a Quintiliano nuncupatur. Discrepant dialecti cum grammaticis inflexionibus, transitu literarum, varietate tonorum, tum filo orationis, quod genuinum cuique Graeciae parti haud raro deprehendet, qui sit acri iudicio. Quis enim Syram orationem ab Attica non internoscit? etiam si Atticis coeperit uti Syria figuris. Sed de hoc alio loco agatur; hic grammaticos variarum διαλέκτων modos observa.

Attica, cuius usus in regione Attica fuit, ea est elegantissima, ut θάλαττα pro θάλασσα. Hac sunt usi, qui Athenis florere, Demosthenes, Aristophanes et caeteri.

Ionica, proxima Athidi, ut pro ὄρος οὐρος, hac Homerus maxime usus est.

80) Porro — veniamus.] sic Editt. 1542. sqq.; in Editt. 1522—1541. desunt.

81) Lata] sic Editt. 1522—1542. sqq.; Ed. 1518. Ampla.

Aeolica Ionibus proxima, ut pro λαβεῖν λαβῆν.

Dorica Sicula est, Italiae proxima, Theocrito familiaris, η in α mutat, φήμη φάμα, id quod et Latini solemus, cum Graeca usurpamus, quippe Doribus vicini.

Quis sermo communis omnibus est, lingua communis dicitur, perinde ut apud nos est aliqua ratio loquendi communis Suevis, Boiis, Ubiis, singulis tamen sui sunt idiotismi<sup>82)</sup>.

Declinatio prima simplex et aequisyllaba (hoc est, in qua obliqui non superant numerum syllabarum nominativi) est

Masculinorum ας et ης, ut *Αλκείας*, *Χρύσης*, et Communium in τής<sup>83)</sup>, ὁ καὶ ἡ ληστής praedo.

Formula declinationis.

	{	ης	η	ην	η, α <sup>84)</sup>
Sing.		ου			
	{	ας	α	αν	α
Dual.		αιν			
Plur.		ων	αις	ας	αι

Paradigmata simplicissima et regularia.

ΑΣ<sup>85)</sup>

Sing. ὁ *Αλκείας*  
τοῦ *Αλκείου*  
τῶ *Αλκείῳ*  
τὸν *Αλκείαν*  
ᾧ *Αλκείᾳ*.

Dual. τῶ *Αλκείᾳ*  
τοῖν *Αλκείαιν*.

Plur. οἱ *Αλκείαι*  
τῶν *Αλκείων*  
τοῖς *Αλκείαις*  
τοὺς *Αλκείας*  
ᾧ *Αλκείαι*.

Dualium ubique tantum duae sunt voces, prima complectitur nominativum, accusativum et vocativum, secunda genitivum ac dativum.

82) Lata fuit regio — Idiotismi.] Haec de dialectis notatio h. l. legitur in Ed. 1542. et in Camerarii Editt.; in Editt. 1518., 1522., 1538., 1541. in libri fronte, ante Caput „De literis Graecorum”, exhibetur.

83) in τής] in Editt. 1522—1541. desunt.

84) η, α] sic recte Editt. 1522—1541.; Editt. 1542. sqq. α.

85) ΑΣ . . . ΗΣ . . . ΤΗΣ] hae terminationes in Editt. 1542. sqq. superscriptae ab Editt. 1522—1541. absunt.

ΗΣ<sup>85)</sup>

Sing. ὁ *Χρύσης*  
τοῦ *Χρύσου*  
τῶ *Χρύσει*  
τὸν *Χρύσην*  
ᾧ *Χρύσει*.

Dual. τῶ *Χρύσει*  
τοῖν *Χρύσειν*.

Plur. οἱ *Χρύσοι*  
τῶν *Χρυσῶν*  
τοῖς *Χρύσαις*  
τοὺς *Χρύσας*  
ᾧ *Χρύσοι*.

ΤΗΣ<sup>85)</sup>

Sing. ὁ καὶ ἡ *ληστής*  
τοῦ καὶ τῆς *ληστοῦ*  
τῶ καὶ τῆ *ληστῆ*  
τὸν καὶ τὴν *ληστήν*  
ᾧ *ληστά*.

Dual. τῶ καὶ τῶ *ληστά*  
τοῖν καὶ ταῖν *λησταῖν*.

Plur. οἱ καὶ αἱ *λησταί*  
τῶν *ληστῶν*  
τοῖς καὶ ταῖς *λησταῖς*  
τοὺς καὶ τὰς *ληστάς*  
ᾧ *λησταί*.

Inter haec tria paradigmata plane convenit, nisi quod alias α, alias η est, in singularibus nominativis, dativis, accusativis ac vocativis<sup>86)</sup>.

Examen casuum.

*Nominativus* regulariter ας aut ης finit. Atqui cum passim in Graeco sermone iam ex α fiat η, iam ex η fiat α, poteris *Αλκείας* Ionice efferre *Αλκείης*, et rursum *Ἀγχίσης* mutari queat in *Ἀγχίσας*. Iam et ας et ης possunt Boeotico more in α mutari, ut sint pro *Αλκείας* et *Ἀγχίσης*, *Αλκεία* et *Ἀγχίσα*, ut *μητιέτα Ζεύς*. Unde ex *ποιητής* nostri homines fecerunt poeta. Et cum haec declinatio plane ad primam Latinam quadret, recte flectes Latine, Aenea, Anchisa, sicut poeta. Qua de re quaedam etiam sunt apud Priscianum.

*Genitivus*<sup>87)</sup> regulariter ου finit. Iam cum ου naturaliter sit cognatum cum εο, ut *ποιέομεν*,

86) In Editt. 1522—1541. h. l. in fine addita sunt haec: Pluralibus ac dualibus plane per omnia convenit.

87) *Genitivus . . . Dativus*] in Editt. 1522—1541. his verbis superposita est inscriptio: Examen Genitivi. . . Dativi.

ποιούμεν, poena punio, moerorum pro muro-  
rum apud Virgilium, e quibus vocibus depre-  
hendi potest cognatio, eo et u. Frequentissima  
ergo mutatio est u in eo, et eo in u, passim in  
Graecis, perinde atque in Latinis. Quare cum  
ou genitivus sit, solvi potest in εω per passionem  
literarum, ut *Αινείου Αινείω*.

Rursum εω naturaliter in αο mutari potest,  
ideo Aeoles genitivum efferunt *Αινείαο*, et per  
syncopas *Αινείω καὶ Αινεία*, id quod Doriensium  
est. Et mira copia est nominum in ας familia-  
rissime finientium genitivo α, praesertim con-  
tracta, ut *Κοσμάς Κοσμά*. Vides ergo has ca-  
suum variationes oriri ex cognatione literarum,  
quam diligenter observabis.

*Dativus* <sup>87)</sup> non variat, nisi quod alias ex α  
fit η, et rursum α ex η <sup>88)</sup>.

*Accusativus* variat item, quod ex αν non-  
nunquam fit ην, et ex ην nonnunquam fit αν.  
Et aliquando ην Iones in εα mutant, *Αινείαε*,  
*Χρύσαε*.

*Vocativus* non variat, nisi quod Attici voca-  
tivum fere faciunt nominativo similem. Et in ης  
nomina propria vocativum per η efferunt, appel-  
lativa per α, ut ᾠ *Χρύση*, ᾠ *ληστᾶ*.

*Duales casus*, item *nominativus pluralis* nihil  
variant.

*Genitivus pluralis* regulariter ων finit, et in-  
flexum quidem. Solent enim genitivi plurales  
primae ac secundae declinationis circumflecti.  
Iam vero ex ων αν fit Dorico more. Est enim  
ω cum α cognata, ut sit in <sup>89)</sup> *Αινειῶν Αινειᾶν*,  
et Aeolica extensione α interposita *Αινειᾶων*, et  
Ionica ε addita, *Αινειέων*, quae variationes fiunt  
ex cognatione literarum.

*Dativus ας* finit. Solet autem fere αι  
diphthongus mutari in η, quare alicubi pro  
*Αινείας Αινείης* effertur, id quod passim et in  
aliis declinationibus fieri solet. Nonnunquam et  
iota additur *Αινείησι* per paragogen, sicut ama-  
rier pro amari, id quod fit in omnibus dativis s  
finientibus.

88) ex α fit η, et rursum α ex η.] sic Editt. 1542. sqq.;  
Editt. 1522—1541.: ex α fit η, et rursum ex η α [Ed. 1538.  
η ex α].

89) in] ab Editt. 1522—1541. abest.

*Accusativus* et *vocativus plurales* plane nihil  
variant.

**Figuratum Paradigma**,  
cuius vocibus saepe utuntur poetae.

S. ὁ *Αινείας*, et *Αινείης*, et *Αινεία*.  
τοῦ *Αινείου*, et *Αινείω*, *Αινείαο*, *Αινείω*,  
*Αινεία*

τῷ *Αινείᾳ*, et *Αινείῃ*  
τὸν *Αινείαν*, et *Αινείην*, *Αινείεα*  
ᾧ *Αινεία* et *Αινείης*.

D. τῶ *Αινεία*  
τοῖν *Αινείαιν*.

P. οἱ *Αινείαι*  
τῶν *Αινειῶν*, et *Αινειᾶν*, *Αινειᾶων*,  
*Αινειέων*

τοῖς *Αινείαις*, et *Αινείης*, et *Αινείησι*  
τοῦς *Αινείας*  
ᾧ *Αινείαι*.

Sic formabis et figurabis reliqua huius declina-  
tionis nomina.

**Secunda declinatio**  
simplicium aequisyllaba.

Foemininorum tantum est α et η finientium.

**Formula declinationis** <sup>90)</sup>.

	α	αν	
Sing.	ης η	η	D. α αιν P. αι ων ας ας <sup>91)</sup> αι
	η	ην	

Huius declinationis α duplex est, longum et  
breve. Quod adnotare libuit propter tonorum  
regulas. Nam quorum ultima longa est, fere  
acutus est <sup>92)</sup> in penultimis, in aliis secus.

**In α longum desinunt** <sup>93)</sup>

ρα adiectiva, ut *πονηρά*.  
Contracta *Ἀθηνᾶ*, *Ναυσικᾶ*.  
ια substantivorum, ut *φιλοσοφία*.  
εια ab *εγω*, *παιδεύω*, *παιδεία*.  
αia polysyllaborum.  
δα, *Ἀήδα*.  
θα, *κισσαίθα*.

90) finientium. Formula declinationis.] in Editt. 1522—1541.  
desunt.

91) ας] sic recte Editt. 1518—1541.; in Editt. 1542—1557.  
male omis.

92) est in Editt. 1522—1541. deest.

93) desinunt] ab Editt. 1522—1541. abest.

In *α* brevia sunt <sup>94)</sup>

*εἶα* foeminina adiectivorum in *υς*, ut *ἡδύς*, *ἡδεῖα*.  
*αῖα* disyllaba, ut *γαῖα*.

*εἶα* substantiva ab adiectivis *ης*, ut *ἀληθής*, *ἀλήθεια*.  
*ια* foeminina adiectivorum, ut *πότνια*.

*οὔσα*, ut *μοῦσα*, sic participiorum *οὔσα*.

Brevia sunt item quaecunque reliquis consonantibus utuntur ante *α*, ut *δόξα*.

Paradigmata regularia.

*A* <sup>95)</sup>

Sing. *ἡ μοῦσα*  
*τῆς μούσης*  
*τῇ μούσῃ*  
*τὴν μοῦσαν*  
*ᾧ μοῦσα.*

Dual. *τὰ μοῦσα*  
*ταῖν μοῦσαι.*

Plur. *αἱ μοῦσαι*  
*τῶν μουσῶν*  
*ταῖς μούσαις*  
*τὰς μούσας*  
*ᾧ μοῦσαι.*

*H* <sup>95)</sup>

Sing. *ἡ τιμή*  
*τῆς τιμῆς*  
*τῇ τιμῇ*  
*τὴν τιμὴν*  
*ᾧ τιμή.*

Dual. *τὰ τιμά*  
*ταῖν τιμαῖν.*

Plur. *αἱ τιμαί*  
*τῶν τιμῶν*  
*ταῖς τιμαῖς*  
*τὰς τιμάς*  
*ᾧ τιμαί.*

Et regularis quidem genitivus singularis *ης* est. Verum si nomen finiat *α* longo, aut puro, hoc est, quod praecedit vocalis, aut *ρα*, *δα*, *θα*, regularis genitivus in *ας* finiet, ut

Sing. *ἡ σοφία*  
*τῆς σοφίας* Hinc sunt et Latini genitivi,  
*τῇ σοφίᾳ* familias, Maias, quia familia,  
*τὴν σοφίαν* Maia, *α* puro finiunt. Vide Pri-  
*ᾧ σοφία.* scianum de declinatione prima.

Μέγαν ἑτερόκλητον est. ὁ μέγας, τοῦ μεγάλου a μέγας, τῷ μεγάλῳ, τὸν μέγαν, ὦ μέγα. Reliquos casus a μέγας forma. Sic et totum foemininum ἡ μεγάλη, τῆς μεγάλης. In neutro sic: τὸ μέγα, τοῦ μεγάλου, τῷ μεγάλῳ, τὸ μέγα. Plurale a μέγας pete. μέγας, μείζων, μέγιστος supra comparavimus.

Νόον a νόος, νοῦς. Quid a φρήν, θυμὸς, λόγος differat, philosophi viderint. Tu interim mythologiam capta. Musae magnam mentem Iovis delectant. Musis, hoc est, veri scientia ad deos transferimur, Diis similes reddimur, id quod pluribus in Theage Plato disserit.

ἐντός intra, adverbium genitivo construitur.

Ὀλύμπου coelum, Olympum dicimus ὄλας λαμπρόν, ut est autor Theon, Arati interpres, nobilis grammaticus.

(Vs. 38.) Εἰρεῦσαι participium praesens ab εἶρω, ὁ εἶρων, τοῦ εἶροντος quintae declinationis. ἡ εἶρουσα, τῆς εἶρούσης, secundae declinat. τὸ εἶρον, τοῦ εἶροντος, quintae declinat. Et ab antiquo verbo εἰρέω fit εἰρᾶν, εἰροῦσα, εἰροῦν. Ab εἰροῦσα, εἰρεῦσα<sup>96)</sup> Dorice. Ab εἶρω est εἶρων dissimulator, hinc εἰρωνεύειν dissimulare, Socraticum, et εἰρωνεία ironia, dissimulatio. Contra ἀλάζων simulator, ostentator

96) εἰρεῦσα] in Editt. 1538., 1541. additur: ut ὀμνεῦσα.

vanus, qui Salacon in proverbii speciem dicitur, et σαλακονῖσαι, vanum ostentatorem agere.

τά τ' ἔοντα, τά articulus neutri generis, τε coniunctio que, ἔοντα pro ὄντα ab εἰμί, ὄν, οὔσα, ὄν, existens. Prorsum haec foecunda mythos est, Musae, quae sunt, quae fuerunt, et quae ventura trahuntur, Iovi canunt, hoc est, Musae omnium rerum cognitionem complexae sunt, ut Platonici dicunt, φιλοσοφίαν εἶναι τῶν θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων γυνῶσιν.

ἔσόμενος, η, ον futurum.

πρό ante, adverbialiter. Sed haec alias.

τε que. ἔοντα, ὄντα.

(Vs. 39.) φωνῆ, voce, sextus casus est, a φωνή nominativo, qui finem acuit praeter regulam. Etsi enim verbale facias a φωνέω, tamen quae secundum eum modum formantur, scilicet a posterioribus futuris, communes regulas accentuum sequuntur, ut a τυπῶ, τύπος, τόκος, νόμος, σφενδόνη a σφενδονέω. Obiter in mentem venit historiae Gygis, quem e Platone M. Cicero in tertium Officiorum transtulit. Isthic legitur: cum palam eius annuli ad palmam converteret. Latina vox pala infrequens est, qua Cicero σφενδόνην, quod apud Platonem nomen est pro massa, qua annuli gemma clauditur, reddidit. Caeterum et pala ventilabrum significat, et palacae auri, id est, massae leguntur; quamquam palathae dici malim, quippe originis Graecae, unde et palatia, et alia quaedam nomina Iuricons. trahunt. Apud Platonem est: καὶ αὐτῷ οὕτω συμβαίνειν, στρέφοντι μὲν εἶσω τὴν σφενδόνην, ἀδήλω γίγνεσθαι· ἔξω δὲ δήλω. Declina φωνή ut μουσα, vide characterem supra.

ὀμνεῦσαι participium, concinentes, ab ὀμνηῶ, ὁ ὀμνηῶν. ἡ ὀμνηοῦσα et ὀμνηῦσα<sup>97)</sup>, ut supra. τὸ ὀμνηοῦν. Qua significatione verbum ὀμνηῶ factum existimo, ab ὀμῶς καὶ ἔρω<sup>98)</sup>.

(Vss. 39 sq.) Τῶν δ' ἀκάματον ἔθει αὐδὴ ἐκ στομάτων ἠδεῖα. Construe sic: ἠδεῖα αὐδὴ ἔθει ἀκάματον ἐκ στομάτων τῶνδε. Suave carmen fluit indefesse ex ore illarum. Dii boni, quam venuste dictum est fluere carmen, et indefesse. Sola enim ea ingenii humani functio opti-

97) et ὀμνηῦσα] sic Editt. 1518., 1538., 1541.; in Editt. 1542. sqq. desunt.

98) ἔρω] sic Editt. 1518., 1542. sqq.; Editt. 1538., 1541. ἔρω.

ma est, ad quam suapte natura ducitur. Suave igitur Musarum carmen est, quoniam fluit, hoc est, sua ipsius sponte sequitur. Homerus poeta Nestorem insignem oratorem descripturus, inquit, [Il. I, 249.] τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέειν αἰδῆ. Cuius ab ore fluit vox, melle liquenti dulcior. Tantum refert, quod acturus sis, non repugnante Minerva, ut cum Horatio loquar, obeas. Tum vero indefesse. Nam quid omnium quod et minus molestum sit, et contendamus ardentius, quam id cuius in sevit nobis amorem natura.

ἠδύς, ἠδίων, ἠδιος. Sic γλυκίς, γλυκίων, γλυκιστος. Declinatio in Heteroclitis, Motio in capite nominis patet.

Ἄδω cano, αὐδή carmen, et prolatis syllabis αἰοδή, e quo, reciso α, fit ᾠδή pro οἰδή. Hinc est compositorum prope nimia copia, κωμωδία carmen ioci convivalis, τραγωδία carmen tragicum etc. Declina αὐδή sicut μουσα.

ῥέω, verbum, fluo.

Ἀκάματον, adiectivum adverbii vicem fungens, non laboriose, indefesse, ab α privandi nota, et κάμνω laboro, quomodo a κάματον formatum sit, infra de verbalibus leges. Homerus ἀκάματον πῦρ pro vehementi igne dixit ac supra modum effervescenti. Sunt et aliae quaedam particulae, quibus quod citra laborem fit, describimus, ut ἀνιδρωτί, citra sudorem.

Ἐκ στομάτων. τὸ στόμα, στόματος, Neutrum quintae declinationis simplicium.

τῶνδε demonstrativi pronominis significatio est, quippe compositus articulus praepositivus, ὅδε, ἦδε, τόδε.

(Vs. 40.) Γελά δέ τε δώματα templa, δώμα, δώματος exhilarantur, γελά praesens est neutri verbi γελάω, rideo, numeri singularis. Solent enim Graeci, Ammonio autore, neutris pluribus dare singularia apposita.

(Vs. 41.) Ζηρός a Ζεύς, ut supra.

ἐριγδούποιον tonantis, ab ἐρι augendi particula componitur, et δούπος sonitus. Nam fulminum autor Iupiter est. ἐρίδουπος, γ interponitur augendi temporis gratia. ὁ ἐριγδούπος, τοῦ ἐριγδούπου καὶ ἐριγδούποιον Ionice, quo genitivo hic Hesiodus utitur. Hic observabis particulas sola compositione usurpatas, ἐρι, ζα et similes ἐριθάλλης admodum florens, ζάθεος divinus etc.

Θεῶν, a θεά, pro θεῶν, genitivus pluralis est, vide μουσα.

ὄπι acuit ultimam, est enim obliquus monosyllabi acuti ὄψ, vox. Declina ἡ ὄψ, τῆς ὄπης, τῇ ὄπῃ, τὴν ὄπα accusativus penacuitur. Nam e regula excipiuntur accusativi omnes et nominativi duales et plurales, ut χεῖρ, χειρός, χειρί, χεῖρα. sic de similibus, ᾧ ὄψ, τὰ ὄπε, ταῖν ὄποιν, reliqua praestat analogia.

λειριόεσση adiectivum foemininum movetur ὁ λειριόεις florens, τοῦ λειριόεντος quintae declinat. simpl. ἡ λειριόεσσα, τῆς λειριόεσσης secundae. τὸ λειριόεν, τοῦ λειριόεντος quintae.

Ergo ὄπι λειριόεσση σκιδναμένη, voce florenti fracta, dativi sunt vel sexti casus, λειριόεις denominativum copiam significare videtur, aut similitudinem, floridus, a λείριον, quo nomine proprie Narcissi florem significari aiunt.

(Vs. 42.) σκιδναμένη, dispersa. Dativus est. Movetur σκιδνάμενος, νη, von. Nota est declin. a verbo σκιδναμαι spargor, ut infra.

ἡχεῖ sonat, ab ἡχώ, tertia persona praesentis; hinc ἡχώ, echo, derivatum est.

Κάρη, frequentius est κάρα, caput; promiscue declinatur, ἡ κάρα, τῆς κάρας, et τὸ κάρα, τοῦ κάρατος a κάρανον, et τὸ κάρη, τοῦ καρῆατος, et ἡ κάρη, τῆς κάρης. Callimachus: Ἄρτεμι σὴν τε καρῆν ᾠμοσα, σὸν τε βίον.

Νιφόεντος a νιφόεις, move sicut λειριόεις, nivalem significat. Sic Olympum cognominat, sive quod nives demittat, sive quod e tenui ac nivium simili materia sit, ὄλως λαμπρός scilicet, quae interpretatio videbatur adiungenda, quod ambigua sit significatio τοῦ νιφόεντος, ut et reliquorum huius formae in eis.

(Vs. 43.) Αἰδ' ἄμβροτον ὄσσαν ἰεῖσαι. Hae immortale carmen edentes. Unae immortalitatem Musae pariunt hominibus ἐκ γὰρ μουσῶν κλέος ἄμβροτον, ut Theocritus ait, ἀ privat, βροτός mortalis.

ἰεῖς, ἰεῖσα, ἰέν participium ab ἔημι, ut in verbis cernes.

(Vs. 44.) Θεῶν γένος αἰδοῖον, πρῶτον κλείουσιν αἰοδή. Scande: Θεῶν γένος in dactyli numerum redacto, Θεῶν duas syllabas una complectere, ut apud Homerum [Il. I, 1.], μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω, pro Πηληϊάδω, periunde ac elisa vocali. Nam longa brevem concipit, et Hesiodus, εἶα μὲν γὰρ βριάει, quasi legas ραι μεν,

Spondeus est. Sic apud Virgilium [Georg. IV, 34.] :

Seu lento fuerint alvearia vimine texta.

*κλείουσιν* canunt, a *κλείω* inclyte celebros.

*πρῶτον* adverbium, primum. *ᾄοιδῆς*, dativus.

*αἰδοῖον γένος*, accusativi. *γένος* primae contractae declinationis neutrum substantivum in *ος*, ut *μέλος*, *χάος* *χάεος*.

*θεῶν* genitivus pluralis a *θεός*, quod a *θεάω* templor, seu *θέειν* currere derivant. Nam eo vetustissimi nomine coelum dixere, quod postea *οὐρανός* ab *ὄραω* tueor.

(Vs. 52.) *αἰγιόχοιο* genitivus Ionicus, pro *αἰγιόχου* tertiae declinationis, *αἰγίος* Iupiter cognominatus, *ἀπὸ τῆς αἰγὸς ὄχης*, ab alumna capra. Ea est, unde *κέρας ἀμαλθείας*, Copiae cornu Iovi sacratum est, vide Callimachi hymnos, Pausaniam in Arcadicis, et Mythologos alios.

(Vs. 53.) *Τάς* si vis proprie exponere, fac postpositivum articulum *ᾄς*, adspiratione in *τ* translata.

*ἐν Πιερίῃ*, *ἐν* praepositio dativo construitur. Musae in Pieria genitae dicuntur, quod istic primum coeptae sint coli, conditis a Lino sacris, ut in Boeoticis Pausanias, et nos ecloga in Philonda lusimus: Orgia Pieridum qui spiras nupera Daphni, etc.

*Κρονίδῃ* dativus, patronimicum a *Κρόνος*. Ita Saturnum vocamus a *χρόνος* tempus, *Κρονίδης* Saturnius, primae declinationis simpl.

*μιγεῖσα* participium aoriston. Infra disces formationem. *ὁ μιγεῖς μιγέντος*, ἢ *μιγεῖσα μιγείσης*, *τὸ μιγέν μιγέντος*.

(Vs. 54.) *Μνημοσύνη* declinationis secundae simpl. Memoria artes peperit, eleganter hoc, quantum ad *μυθολογίαν* attinet, a Plutarcho in convivalibus quaestionibus agitur. Habemus et nos ad hanc rem suavissimos Laberii versiculos:

Sophian me vocant Graii, vos sapientiam.

Usus me genuit<sup>99)</sup>, mater peperit Memoria.

*γουννοῖσιν* seminibus. Quos ego vidi Hesiodi libellos, *τὸ γουννοῖσιν* a superiori sententia distinguunt. Itaque et ego in eum modum, sed e ratione mythologiae supra verti. Longe vero praestat, quantum conicio, sic interpretari: Quas memoria iuncta seminibus Iovi patri peperit, de-

<sup>99)</sup> vos sapientiam. Usus me genuit,] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1518., 1538., 1541. Latini sapientiam, Usus genuit pater,

lectans Iovem, Musas, inquam, peperit, oblivionem malorum, et curarum tranquillitatem, ut hic versiculus appositione cum superioribus cohaereat. Facit constructio verbi *μέδω*, ut hunc ordinem probem. *γουνός* semen, vis foecunda, tertiae declinationis simplicium.

*μεδέουσα*, participium a *μεδέω* antiquo, curo etc. *μεδέων*, *μεδέουσα*, *μέδεον*.

*Ἐλευθῆρος* ab *ἐλευθήρ* quintae declinationis simplicium, Iovis epitheton, et apud Pausaniam cernes, libertatis titulus est.

(Vs. 55.) *λημοσύνη* oblivio, a *λανθάνω*, quomodo veniat hinc, docebo alio loco. Musae animum tranquillat, affectibus liberant, ut ex instituto Pythagorico intelliges, et Clytemnestrae historia, quae tum demum violari pudicitiam suam passa est, cum musicum sustulisset. Plurima ad haec apud Athenaeum lege, alio si lubet et hanc mython trahe, nil dignum parari Musis, nisi tranquilla et recte constituta mente.

*ἄμπαυμα*, verbale neutrum, sicut *γράμμα*. *μερμαιράων* curarum anxiarum. Id enim vel *μερμαίρα* vel *μέριμνα* significat, utrumque secundae declinationis simplicium, *μέριμνα* usitatus est. Theocritus (Idyll. XXI, 1—3.):

*Ἄ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει· αὐτὰ τῷ μόχθῳ διδάσκαλος· οὐδὲ γὰρ εὖδει ἀνδράσιν ἐργατίναισι κακαὶ παρέχοντι μέριμναι.*

Paupertas, Diophante, sola artes excitat, Ipsa laboris magistra est. Neque enim dormire Viris operatoribus malae praebent angustiae.

Huius significantiae est et *μεριμνάω* verbum, sollicitus, anxius cogito, eius usus est in Psalm. 37. [vs. 19.] *καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας μου*, et anxius seu sollicitus ero pro peccato meo. Commodum reddidit Graecus emphasis vocis Hebraeae *מְרִימָה* Latine cogitabo legimus, quod vides quam non respondeat plenae significantiae verbis *μεριμνήσω καὶ מְרִימָה*.

(Vs. 60.) *ὁμόφρονος* ab *ὁμῶς φρονεῖν*, aequis legibus conveniunt Musarum cantilenae, id est, Tum demum recte artes tractantur, cum aliae aliis iunguntur. Choris gaudent Musae, dialectica rhetoribus usui est, geometria astronomis, poetam philosophia, philosophum poetica commendat, atque id est, quod *ἐγκύκλιον* vocamus *παιδείαν*. Declina *ὁ ὁμόφρων*, *τοῦ ὁμόφρονος*, iuxta analogiam quintae simplicium, *ω* in *ο* mutatur.

Regula: Comparativa, verbalia et quae a verbis decomposita sunt,  $\omega$  in  $o$  mutant, *κρείσων κρείσσονος, συμφράδμων συμφράδμονος, δμόφρων δμόφρονος*. Reliqua in  $\omega$ ,  $\omega$  servant.

$\eta\sigma\iota\upsilon$  dativus articulus postpositivi, pro *αἷς*,  $\alpha\iota$  in  $\eta$  soluto, *αἷσιν*.  $\iota\upsilon$  παραγωγικῶς adiicitur.

(Vs. 61.) *σιήθεις* a *στήθος* pectus, neutrum declinationis primae contractorum. *σιήθεισιν* dativus pluralis,  $\sigma\sigma$  geminatur augendi temporis gratia.

*ἀκηδής* ab  $\alpha$  et *κῆδος* luctus, unde *ἐπικηδίων* sicut *ἀληθής* primae contractorum.

*θυμός* ardor et impetus quidam conficiendae rei, ut apud Homerum [Il. VIII, 301.] *βαλέειν ὄδε ἔτεο θυμός*, et [Il. XIII, 73 sq.] *θυμός ἐν στήθεσσι φίλοισι μᾶλλον ἐφορμᾶται*. Vides, ut Homerus *θυμόν* ardorem, et *ὄρμην* impetum coniunxerit. Et propheta deprecaturus subitam noxae vindictam [Ps. 38, 1.] *κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου* etc. Ne in furore etc. Nam belle *θυμός* cum Hebraea voce  $\pi\eta\eta$  convenit.

*ἐχούσας* ab *ἐχούσα* participio. Move perinde ut superiora.

(Vs. 64.) *Πάρ' δ' αὐτῆς* pro *παρὰ δὲ αὐταῖς*,  $\alpha\iota$  in  $\eta$  soluto.

*Χάριτες* declina *χάρις χάριτος χάριτι χάριν*, analogice reliqua. Iuxta Musas Gratiae sunt, habent eae nomen a *χάρα* gaudio, et recte. Nam quicquid est humanae ac civilis consuetudinis, Gratiis debemus. Ita Xenocratem Plato admonerat, *σπένδειν Χάρισιν*, sacrificare Gratiis, quo vitae usu magis urbano ac comi esset. Absit ergo a Musis livor, absint omnes illiberales affectus. Id quod volebat Aristoteles inquiring: *τὸ φιλόσοφον, φιλόκαλον εἶναι*.

*ἕμερος, τοῦ ἡμέρου*. Desiderium recte faciendi, laudis amor. *τί γὰρ κάλλιον ἀνδρὶ κεν εἶη δλβίω ἢ κλέος ἐσθλόν, ἐν' ἀνθρώποισιν ἀρέσθαι*;

*οἶκος, οἰκίον* diminutivum.

(Vs. 65.) *ἐν θαλίῃς* pro *θαλίαις*. *θάλλειν* florere.

(Vs. 66 sq.) *Νόμους καὶ ἤθεα κεδνὰ κλείουσιν*, celebrant leges et mores immortalium, republicae et legibus bonis, et bonis moribus constant oportet. Hae artes dignae laude sunt, quae mores ornant, et bonas leges confirmant. Sed immortalium, ait. Heroas, si lubet, intellige.

(Vs. 67.) *ἐπήρατον, ἐπὶ ἐρατόν*, amabilem.

MELANTH. OPER. VOL. XX.

(Vs. 79.) *προφερεσάτη*. *Compara, προφερῆς προφερέστερος προφερέστατος* etc. Nomina Musarum apud Plutarchum in Symposiacis explicantur. Est et Pharnuti liber in omnium manibus, quo malo ingenium experiare tuum, quam his nugis meis tenere diutius.

## De Verbo.

*Verbum, ῥῆμα*, dictio est, quae modis, temporibus, ac personis flectitur. Verborum alia *personalia* sunt, quae per distinctas personas et *ἐγκλίσεις*, id est, terminationes variantur: *λέγω, λέγεις, λέγει*. Alia *impersonalia*, quae modis ac temporibus variant, numeris ac personis non variant. Constructio addit numeros ac personas, *προσῆκει μοι ἐσθλῶ εἶναι, προσῆκει ὑμῖν ἐσθλοῖς εἶναι, εἴρηται περὶ μετεμνηχώσεως*.

### Accidunt verbo

Genera, Personae, Figurae, Numeri, Modi, Tempora, Coniugationes.

#### Genera.

*Διαθέσεις*, dispositiones verborum, id est, coniugandi figurae tres sunt,  $\omega$ ,  $\mu\alpha\iota$  passivorum,  $\mu\alpha\iota$  mediorum.

$\omega$  dispositio activa est, id est, quaedam coniugandi figura, qua per omnes modos, tempora et personas facilis notio est, quae terminatio activa sit, ut *λέγεις, λέγει, λέγουσι, ἔλεξα*, dispositionis activae sunt, quia ex  $\omega$  nascuntur.

$\mu\alpha\iota$  passivorum dispositio est, qua scitur, quae terminatio passiva sit, ut *τέτυμμαι, τύπτεσθαι* dispositionis passivae sunt, quia ex  $\mu\alpha\iota$  nascuntur.

Medium aliquas ex utroque terminationes usurpat. Ergo alia est ratio generum apud Latinos, alia apud Graecos. Genera Latina significationem verbi explicant, Graeca filum coniugationis. Quapropter et apud Graecos duplicia genera verborum fingito, Etymologica, quae coniugationis notiones sunt; Syntactica, quae significationem expediunt, ut *τύπτω* activum, *τύπτομαι* passivum, verberor, et *τύπτομαι* medium, activae et passivae significationis. Neutrum *ὕγιαίνω* valeo, deponens *μάχομαι* pugno. Et haec varietas generum in syntaxi est. Caeterum in etymologia *ὕγιαίνω* activum characterem, *μάχομαι* passivum sequitur, *ὕγιαίνω* dispositionis activae est, *μάχομαι* passivae.



Tempora, χρόνοι.

Hoc opus, hic labor est discernere tempora. Sunt enim multa ac varia, quaedam etiam gemina<sup>100</sup>).

Ἐνεστὰς χρόνος, Instans tempus, quod modo fit, significat, λέγω dico.

Παρατατικὸς χρόνος, Extensivum tempus, inchoativum modum nominant, extenso tempore in rem, quae agebatur, nondum confectam, ut, Quom tu luderes, graecabar.

Παρακείμενος χρόνος, Praeteritum perfectum, prorsum absolutam actionem designat. Adiacens tempus dicitur. Nam quod primum iam factum est, significat.

ὑπερσυντελικὸς χρόνος, Plusquamperfectum tempus, eius usus est Graecis, qui et Latinis.

Ἄοριστος χρόνος, Indefinitum praeteritum. A paraceimeno differt, quod παρακείμενον praeteriisse rem primum iam indicat, quapropter παρακείμενον, id est, adiacens et ceu iuxta positum ei, quod transit, dicitur; Ἄοριστον, praeteriisse quidem rem, sed indefinite, num olim, an modo praeterierit. Ut cum dico πέπτωκα cecidi, indico primum me iam cecidisse. Cum vero ἔπεσον dico, quod ἄοριστον est, cecidisse me significo, sed ambiguus est, quocum loquor, olim ne, an nuper ceciderim. Quae duplicis praeteriti ratio vel hoc probatur mihi, quod actus alios paraceimeno, alios aoristo significantius exprimimus. Tun' malebas paraceimeno expressum hoc Homeri [Il. I, 96.]: Τούνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκεν Ἐηβόλος, ἦδ' ἔτι δώσει, id est, Phoebus ob haec mala multa dedit, atque insuper addet. Convenit ἔδωκε indefinitum esse, quia et olim et nuper Graecos Apollo adflixit. Nil addebat definita ratio temporis, et huic sententiae [Il. IX, 109 sq.] σὺ δὲ σὺ μεγαλήτορι θυμῷ εἶξας, id est, cum tu impotenti animo ac furori tuo paruisses. Nam si lubet, cum pareres, indefinitum participium εἶξας exponito. At referebat temporis modus hoc loco, [ibid. vs. 13.] ἴζον δ' εἰν ἀγορῇ τετιηότες, cum significaret poeta novo malo iam labefactatos principum animos. Longius forsitan immoror huic disputationi, quam ferat τὸ αὐτοσχεδιάζειν. Sed visum est pretium operae, id quod scio, his nonnunquam labyrinthis temporum Graecorum pueros turbari, praesertim re Latinis ignota. Itaque Prisciani verba

100) tempora — gemina] haec in Editt. 1522 — 1541. desunt.

adiiciam, quo sciant, quid inter Latina et Graeca tempora intersit. Sic ille: Sciendum tamen, quod Romani praeterito perfecto non solum in re completa modo utuntur, in quo vim habet eius; quod apud Graecos παρακείμενος vocatur, quem Stoici τέλειον ἐνεστῶτα nominaverunt. Sed etiam pro ἄοριστω accipitur, quod tempus apud Graecos tam modo perfectam rem quam multo ante significare potest. Et sicut apud illos indefinitum tempus adiectione τοῦ ἄρτι adverbii, τὸν παρακείμενον, id est, adiacens tempus, et adiectione τοῦ πάλαι τὸν ὑπερσυντελικόν, id est, plusquamperfectum refert: sic apud nos hoc idem est praeteritum perfectum; potest enim et modo et multo ante intelligi perfectum. Et apud autores hoc exemplis adprobatur. Evander enim apud Virgilium in VIII. [Aeneidos vss. 340 sq.] de matre sua:

Cecinit quae prima futuros

Aeneadas magnos, et nobile Pallanteum.

Cecinit dicit, pro cecinerat. Multo enim ante illam cecinisse intelligit. Et ipse poeta e sua persona [Aeneidos I, 1 sq.]:

Troiae qui primus ab oris

Italiam fato profugus, Laviniaque venit.

Venit pro venerat. Hic enim quoque multo ante intelligit venisse Aeneam in Italiam. Ergo proprie si quis contempletur vim praeteriti, non aliam significationem iudicabit hoc habere, quam illud, quod apud Graecos ἄοριστον vocant. Hoc autem differt a plusquamperfecto, quod illud per se prolatum non eget adverbio pridem, quod habet in se naturaliter, nisi velimus explanandae quantitatis temporis causa addere ante quot dies vel annos. Nec licet illi modo vel nuper adverbia adiungere. Praeteritum vero perfectum ad manifestandam significationem eget modo vel pridem adverbiiis. Haec Priscianus de praeterito Latino. Vides ἄοριστον id significare, quod praeteritum Latinum, hoc est, indiscriminatim id, quod modo transiit; παρακείμενον vero certo id, quod modo praeteriit. Caeterum duos aoristos copia fecit. Nam idem uterque significat.

Μέλλων χρόνος, Futurum tempus, id quod Latinis significat, λέξω, dicam. Duos μέλλοντας copia fecit. Idem uterque significat.

Est autem Atticis et μετ' ὀλίγον μέλλων, Mox futurum, quod Latini propemodum sic reddimus: Vicero, dum is se expediat. Vide Priscianum et Erasmus in copia verborum.

Modos, Personas, Numeros ipse observabis.

### Coniugatio.

Diatheses verborum tres sunt  $\omega$ ,  $\mu\alpha\iota$  passivum,  $\mu\alpha\iota$  medium. Ex diathesi  $\omega$  reliquae nascuntur, quapropter cuius ordinis coniugationum  $\omega$  est, eiusdem et passiva et media sunt. Nam a singulis activis media nascuntur, sicut et passiva. Diathesis vero activa triplici caractere constat. Aut  $\omega$  *βαρυτόνω*, id est, verbi quod penultimam acuit, ut *τιθέω*, pono. Aut  $\tilde{\omega}$  circumflexo, quod a barytonis<sup>1)</sup> nascitur, ut *τιθῶ*. Aut  $\mu$ , quod a circumflexo oritur, ut *τίθημι*.

Triplex est ergo coniugatio. Aut barytona in  $\omega$ . Aut circumflexa in  $\tilde{\omega}$ . Aut eorum, quae  $\mu$  desinunt. Iam cuique sua passiva et media accense. Primum ergo de barytonae coniugationis ordinibus dicemus, quoniam ex eis genera coniugationum alia fluunt.

Ordines barytonae coniugationis sunt sex. Discrepant literis formativis, quae *χαρακτηριστικαὶ* vocantur. Est autem litera formativa, quae  $\omega$  proxima anteit, ut *τύπτω* est primae coniugationis, quia habet formativam  $\pi\tau$ .

Primus ordo coniugandi barytona, ubi est ante  $\omega$  praesentis:

$\beta$   
 $\pi$   
 $\varphi$   
 $\pi\tau$  Hae literae mutantur in Futuris et Praeteritis, in cognatis sibi, Futurum  $\psi$ , Praesens  $\varphi$  habet, ut *τύπτω*, *τύψω*, *τέτυφα*.

Secundus ordo, ubi est ante  $\omega$  praesentis:

$\gamma$   
 $\kappa$   
 $\chi$   
 $\kappa\tau$  Futurum  $\xi$  format, Praesens  $\chi$ , ut *λέγω*, *λέξω*, *λέλεχα*.

Tertius ordo coniug. habet

$\delta$   
 $\theta$   
 $\tau$  Futurum  $\sigma$ , Praeteritum  $\kappa$ , ut *ἄδω*, *ἄσω*, *ἤκα*.

Quartus habet

$\zeta$  Futurum plerumque  $\sigma$  habet, Praeteritum  $\kappa$ , *φράζω*, *φράσω*, *πέφρακα*.  
 $\sigma\sigma$  vel  $\tau\tau$  Attico more plerumque  $\xi$  Futurum, Praeteritum  $\chi$  format, *πράττω*, *πράξω*, *πέπραχα*.

1) barytonis] sic scripsi; in illis Edit. h. J. et in seqq. legitur: *barytona*.

Quintus habet  $\lambda$ ,  $\mu$ ,  $\nu$ ,  $\rho$ . Hae literae immutabiles dicuntur, quia in Futuris non mutantur, *ψάλλω ψαλλῶ*, *κρίνω κρινῶ*, ut nec in declinationibus mutantur *φράδμων φράδμονος*, *Νέστορ Νέστορος*. In his enim  $\nu$ ,  $\rho$  manent, cum aliae consonantes eximantur, ut *Ἄϊας Ἄϊαντος*, *λίψ λιβός*. Haec coniugatio per  $\kappa$  Praeteritum facit, *ψάλλω ἔψαλκα*, *σπείρω ἔσπαρκα*.

Sextus ordo est, qui  $\omega$  purum desinit, id est, ante quod non est consona. Huius  $\varsigma$  Futuri,  $\kappa$  Praeteriti formativa.

<i>μύω</i>	<i>ποιέω</i>	<i>τιμάω</i>	<i>ἵππεύω</i>
<i>μύσω</i>	<i>ποιήσω</i>	<i>τιμήσω</i>	<i>ἵππεύσω</i>
<i>μέμυκα</i>	<i>πεποίηκα</i>	<i>τετίμηκα</i>	<i>ἵππευκα</i> .

Atque haec est coniugatio, e qua et circumflexa et quae  $\mu$  desinunt, derivantur.

### Da Paradigma. *τύπτω*.

Sex ordines coniugationum unico hoc utuntur paradiigmate, variatis praeteritis et futuris iuxta singularum characteristicas. Atqui spectabis in paradiigmate, quomodo tempus e tempore oriatur, ut a *τύψω ἔτυψα*; item quam multiplex variatio verborum, alia principii, alia *ἐγκλίσεως* seu finis, ut *τέτυφα* a *τύπτω* descivit, non solum fine mutato  $\pi\tau\omega$  in  $\varphi\alpha$ , sed etiam principio  $\tau\nu$  in  $\tau\epsilon\tau\nu$ .

Praeteritum imperfectum  
Aoriston primum  
Aoriston secundum } pariter initio variant.

Characteristica Praeteriti plusquamperfecti a perfecto petitur *τέτυφα ἔτετύφειν*,  $\varphi$  in utroque est characteristicas Aoristi a Futuro *τύψω*, *ἔτυψα*. Fines ergo per characteristicas Futuri ac Praeteriti variantur. Fac characteristicarum rationem prudens colligas, ut singulis ordinibus singulos characteres atque adeo cognatas literas deputes.  $B$  cum  $\pi$  cognata est, ergo eiusdem sunt coniugationis.  $\Phi$  cum  $\kappa$  nihil convenit, alterius est igitur ordinis  $\kappa$ , alterius  $\varphi$ . Iudicii haec sunt, et acrimoniae cuiusdam non plebeiae, sine qua rationem *μεθοδικήν* verborum non facile adsequere.

### Coniuga.

Activa declinabo, id est, *διάθεσιν*  $\omega$ , mediis non admixtis, ne quid non ordine suo iuventus expectet.

## Ὀριστικῶν ἐνεστώδων χρόνος.

S.	τύπτω	τύπτεις	τύπτει
D.		τύπτετον	τύπτετον
P.	τύπτομεν	τύπτετε	τύπτουσι.
Παρατατικός.			
S.	ἔτυπτον	ἔτυπτες	ἔτυπτε
D.		ἔτύπτετον	ἔτυπτέτην
P.	ἔτύπτομεν	ἔτύπτετε	ἔτυπτον.
Παρακείμενος.			
S.	τέτυφα	τέτυφας	τέτυφε
D.		τετύφατον	τετύφατον
P.	τετύφαμεν	τετύφατε	τετύφασι.
Ὑπερσυντελικός.			
S.	ἔτετύφειν	ἔτετύφεις	ἔτετύφει
D.		ἔτετύφειτον	ἔτετυφείτην
P.	ἔτετύφειμεν	ἔτετύφειτε	ἔτετύφεισαν.
Ἄοριστος πρῶτος.			
S.	ἔτυψα	ἔτυψας	ἔτυψε
D.		ἔτύψατον	ἔτυψάτην
P.	ἔτύψαμεν	ἔτύψατε	ἔτυψαν.
Ἄοριστος δεύτερος.			
S.	ἔτυπον	ἔτυπες	ἔτυπε
D.		ἔτύπετον	ἔτυπέτην
P.	ἔτύπομεν	ἔτύπετε	ἔτυπον.
Μέλλων πρῶτος.			
S.	τύψω	τύψεις	τύψει
D.		τύψετον	τύψετον
P.	τύψομεν	τύψετε	τύψουσι.
Μέλλων δεύτερος.			
S.	τυπῶ	τυπεῖς	τυπεῖ
D.		τυπεῖτον	τυπεῖτον
P.	τυποῦμεν	τυπεῖτε	τυποῦσι.
Προστακτικὸς ἐνεστώδων.			
S.		τύπτε	τυπτέτω
D.		τύπτετον	τυπτέτων
P.		τύπτετε	τυπτέτωσαν.
Παρακείμενος.			
S.		τέτυφε	τετυφέτω
D.		τετύφετον	τετυφέτων
P.		τετύφετε	τετυφέτωσαν.
Ἄοριστος πρῶτος.			
S.		τύψον	τυψάτω
D.		τύψατον	τυψάτων
P.		τύψατε	τυψάτωσαν.
Ἄοριστος δεύτερος.			
S.		τίπε	τυπέτω
D.		τίπετον	τυπέτων
P.		τίπετε	τυπέτωσαν.

## Ἐδικτικῶν ἐνεστώδων.

S.	τύπτοιμι	τύπτοις	τύπτοι
D.		τύπτοιτον	τυπτοίτην
P.	τύπτομεν	τύπτοιτε	τύπτοιεν.
Παρακείμενος.			
S.	τετύφοιμι	τετύφοις	τετύφοι
D.		τετύφοιτον	τετυφοίτην
P.	τετύφοιμεν	τετύφοιτε	τετύφοιεν.
Ἄοριστος πρῶτος.			
S.	τύψαιμι	τύψαις	τύψαι
D.		τύψαιτον	τυψαίτην
P.	τύψαιμεν	τύψαιτε	τύψαιεν.
καὶ αἰολικῶς καὶ ἀττικῶς.			
S.	τύψεια	τύψειας	τύψειε
D.		τυψείατον	τυψείατην
P.	τυψείαμεν	τυψείατε, ἄχρηστα, ἀλλ' Ἄττικοὶ τύψειαν. καὶ οὕτως ἐν ἑτέροις.	
Ἄοριστος δεύτερος.			
S.	τύποιμι	τύποις	τύποι
D.		τύποιτον	τυποίτην
P.	τύποιμεν	τύποιτε	τύποιεν.
Μέλλων πρῶτος.			
S.	τύψοιμι	τύψοις	τύψοι
D.		τύψοιτον	τυψοίτην
P.	τύψοιμεν	τύψοιτε	τύψοιεν.
Μέλλων β'.			
S.	τυποῖμι	τυποῖς	τυποῖ
D.		τυποῖτον	τυποίτην
P.	τυποῖμεν	τυποῖτε	τυποῖεν.
Ὑποτακτικῶν ἐνεστώδων.			
S.	τύπτω	τύπτης	τύπτῃ
D.		τύπτητον	τύπτητον
P.	τύπτομεν	τύπτητε	τύπτωσι.
Παρακείμενος.			
S.	τετύφω	τετύφης	τετύφῃ
D.		τετύφητον	τετύφητον
P.	τετύφωμεν	τετύφητε	τετύφωσι.
Ἄοριστος α'.			
S.	τύψω	τύψης	τύψῃ
D.		τύψητον	τύψητον
P.	τύψωμεν	τύψητε	τύψωσι.
Ἄοριστος β'.			
S.	τύπω	τύπης	τύπῃ
D.		τύπητον	τύπητον
P.	τύπωμεν	τύπητε	τύπωσι.
Ἀπαρεμφάτων			
Ἐνεστώδων. τύπτειν Παρακείμ. τετυφῆναι			
Ἄοριστος α'. τύψαι Ἄοριστ. β'. τυπεῖν			
Μέλλ. α'. τύψειν Μέλλ. β'. τυπεῖν.			

Paradigma integrum diatheseos  $\omega$  subiectum est oculis. Nolebam prorsus turbatum puerum, quare et media dempta sunt, et nihil variationis *κατὰ διαλέκτους* indicavimus. Itaque sequentur scholia, quibus et τὰ κατὰ διαλέκτους adnotabo, sed paucis, et regulares temporum formationes exequar. Id enim prope solum Graeca discentibus operosum est. Nos enitemur, quae ad rem attinebunt, longe facillime, quippe ordine ac methodo tractare. Primum ergo de formationibus.

*τύπτω*

Prima positio est, unde derivabis reliqua tempora. Variant autem tempora et fine et initio.

*ἔτυπτον*

Dupliciter a *τύπτω* deficit initio et fine.

De *ἔγκλισι* regula.

Praeteritum imperfectum vocis activae *ον* desinit, cum characteristicis praesentis, *τύπτω ἔτυπτον, χαίρω ἔχαιρον*. Animadvertant pueri, ne quid praesentis characteristicae mutant, id quod proclive admodum est in verbis diphthongatis ut *χαίρω*.

De variatione initii.

Praeteritum imperfectum augetur vel adiecta ad principium verbi vocali  $\epsilon$ , vel mutata litera brevi in longam.

Augmentum { Syllabicum, ubi syllabae numero verbum crescit, *τύπτω ἔτυπτον*.  
Temporale, ubi tempore tantum prima verbi syllaba crescit.

Quae variant initio.

Omne verbum incipit aut { Vocali { Mutabili,  $\alpha \epsilon \omicron$ , augeturque tempore, ut *ἄδω ἤδον, ἔλέω ἤλέον, ὀνομάζω ὀνόμαζον*.  
Notatis *εἶχον, εἶπον, εἶλον, εἶλλον, εἶρπον, εἰστήκειν, εἰπόμην, εἰστίων, εἶων, εἶρπον, εἶθίζον, εἰργαζόμην*, et similibus, quae  $\epsilon$  praesentis in  $\epsilon\iota$  diphthongum mutant<sup>2)</sup>.  
Immutabili,  $\eta \iota \upsilon \omega$ , nec syllaba, nec tempus accrescit tali verbo, ut *ἵππεύω ἵππευον*.

<sup>2)</sup> Notatis — mutant.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. haec desunt.

Mutabili, *αι αυ οι*, augetur, ut *αἴρω ἤρον, αὐλέω ἠύλεον, οἰκτεῖρω ὤκτειρον*.  
Immutabili, *ευ ει ου*, in his nihil muta, *εὔδω εὔδον*.  
Saepe transitu literarum, symbolico tamen *ἠῦδον* leges, sic ex *εὔδω ῥῥη*, ut infra in Thersite videbis.  
De hoc regula est: Adsciscere syllabam  $\epsilon$  omnia verba, quae a consonantibus ordimur, idque syllabicum est augmentum.

Sed hic observabis, quae ab  $\epsilon$  incipiunt, assumpto augmento,  $\rho$  geminare, ac prius quidem spiritu tenui, alterum autem aspero notari, ut *ῥέω ἔρρεον*.

Observabis et Attica, quae duplex augmentum recipiunt, ut *μέλλω, ἔμελλον et ἤμελλον. βούλομαι, ἐβουλόμην et ἤβουλόμην. δύναμαι, ἐδυνάμην et ἠδυνάμην<sup>3)</sup>*.

Atque haec est simplicium regula. Composita non variant eodem modo, id quod ordine subiectae regulae docent.

P r i m a.

Quae nomini verba componuntur, auget simplicium modo, *φυσιογνωμονῶ ἐφυσιογνωμόνουν*. Sic Gellius libro 1. capite 9. de Pythagora: Iam a principio adolescentes, qui sese ad discendum obtulerant, *ἐφυσιογνωμόνει*, id est, e naturae habitu iudicabat; praeteritum enim imperfectum est; verbum a *φύσις καὶ γνώμων* fit. Sic *χειραγωγῶ ἐχειραγώγων, φιλοσοφῶ ἐφιλοσόφουν, ὀλοχέω ὀλόχουν*. Homerus [II. IV, 3.] *νέκταρ ἐφνοχόει*.

$\epsilon$  adicit Attica figura, ut infra dicam. *ῥαψωδῶ ἐῤῥαψώδουν*, a *ῥάψαι καὶ ὦδή*, aliis a *ῥάβδος* deducere placet. *λειτουργῶ ἐλειτούργουν*.

Secunda regula.

Quae verba sola compositione usurpantur, nec statim ex aliis usitatis simplicibus componuntur, auget initia modo simplicium, ut *φροϊμάζω a πρὸ καὶ οἶμη* vel *οἶμος*, ut vult Ulpianus, Demosthenis interpres. Nam *οἰμάζω* verbum non est. *ἐφροϊμάζον*, ut in Moralibus apud Aristotelem *πεφροϊμάσθω*.

<sup>3)</sup> Sed hic — ἠδυνάμην.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. desunt.

ἡμμελῶ ἡμμελουν. Sicut apud Nazianzenum in Panegyri in Athanasium ἡμμελήθη, id est, par fuit. Cave legas ἡμελήθη, ut in Aldicis ἐκτεύπται. Sic est autem apud Gregorium: τούτων Ἀθανάσιος, τοῖς μὲν ἡμμελήθη, τῶν δὲ μικρὸν ἀπελείφθη, ἔστι δὲ οὗς καὶ ὑπέρεσχεν etc.

ἐνέγκω ἤνεγκον.

Notantur tamen quaedam, ut ἀπολαύω, ἀπέλαυον. ἐπιχειρῶ, ἐπεχείρουν. ἐγκωμιάζω, ἐνεκωμιάζον, apud Isocratem in Panegyri. Et quae utrobique augentur, ἐνοχλῶ, ἠνώχλουν. ἀνορθῶ, ἠνώρθουν. ἀνέχομαι, ἠνειχόμεν, etc. 4).

#### Tertia regula.

Quae composita eadem significatione pro simplicibus usurpantur, id est, quorum compositio simplicis significationem non mutat, augentur initio simplicium modo.

ἔπω	ἐνέπω	ἤνεπον
ἴζω	καθίζω	ἐκάθιζον.

#### Quarta regula.

Cum praepositio verbi significatum mutat, augetur verbum, non praepositio.

καταλέγω	κατέλεγον
ἀναβάλλω	ἀνέβαλλον
καθαίρω	καθήρουν
μετοικῶ	μετώκουν
παραδειγματίζω	παραδειγματίζον.

Hic admonitum volo puerum, observet vocalium elisiones, item cognatarum literarum ξυμβολίστους, ut συμβάλλω συνέβαλλον, ubi pro ν erat μ.

καθαίρω, ex κατά et αἰρῶ, ubi α eliditur, τ in θ mutatur, quoniam quae sequitur verbi vocalis aspirata est, καθήρουν.

Idem dixeris etiam, si plures in compositione sunt praepositiones, ut παρεξηλημένος νοῦς, turbatus animus; metaphora est a turbatis lingulis tibiatarum.

Porro τῶν πρὸ καὶ περὶ vocales non eliduntur, ut προβάλλω προέβαλλον, et οε in ου saepe commutata, προύβαλλον, quod verbum obiicio, propono significat. Unde πρόβλημα est quod proponitur. Ita autem ex οε, ου fit et aliis verbis.

περιοκκύζω, περιεκόκκυζον. Sic Aristophanes περιεκόκκυσα κόρδακα.

4) Notantur — etc.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522 — 1541. desunt.

Est autem ut hoc ceu auctarium καὶ πάρεργον adiiciam, Cordax comica saltatio, enervis ac indecora, cuius opinor aliquam speciem in Atellanis mansisse. Ad eam alludit in Adelphis Terentius [4, 8, 34.]: Tu inter eas restim ductans saltabis, id est, κορδακισμὸν agens. Vide Athenaeum in 14. lib. Et nos alias pluribus; parum enim ad rem attinent, quae istic a Donato, si modo γνήσια sunt, scribuntur.

#### Sexta regula.

Δυς et ευ in plerisque non mutantur, ut δυσ-αρρεσιῶ δυσηρέστοιν, εὐεργεσιῶ εὐεργέτοιν etc.

Alibi mutantur, ut δυστυχῶ ἐδυστύχουν, a quo δεδυστυχηθέναι apud Isocratem in Archid., εὐτυχῶ, ἠτύχουν. Hinc διητυχήσαν apud Athenaeum lib. 12. 5).

Ὁμῶς autem et α steriticon perpetuo variantur, ut ὁμολογῶ ὠμολόγουν, ἀφρονῶ ἠφρόνουν.

Hactenus de formatione primae personae praeteriti imperfecti; reliquas ex illa fingito, ut analogica forma vides, quippe quae solis ἐγκλίσει, id est, finalibus desinentiis a prima persona variant, ut ἔτυπτον ἔτυπτες ἔτυπτε, et pro ἔτυπτε, Ionice τύπτεσκε. Cuius te pleonasmī hic admoneo, quod nusquam in Homero non occurrit in tertiis personis praeteriti imperfecti activi, ac duorum aoristorum, ut in secundo Iliados [vs. 100.] ὁμοκλήσασκέ τε μύθη, id est, oratione cohortatus est. Erat enim haec regularis forma, ὁμοκλῶ ὠμόκλουν, et in aoristo primo, ἀμόκλησα ὠμόκλησας ὠμόκλησε. Hinc ablato augmento, sic enim solet, et s finali in α mutato, adiecto σκε, fit ὁμοκλήσασκε.

#### Τέτυφα unde?

Omne praeteritum paraceimenon activum α desinit cum sua characteristicā, quam supra ex ordinibus coniugationum pete, τύπτω τύφα.

#### Cur τσ?

Augetur praeteritum paraceimenon aut pariter cum paratatico, si verbum a vocali incipit, ut ἄδω ἴδον ἦκα. Aut supra parataticon, si a consonante incipiens verbum s assumpserit, τῶ s addet primam verbi consonantem, ut λέγω ἔλεγον λέλεχα, perinde ac veteres Latini: mordeo momordi.

5) Alibi — lib. 12.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522 — 1541. desunt.

## Exempla.

θύω τέθυκα Vides, ut non repetuntur aspiratio, sed sola asperae tenuis.  
 θησαυρίζω τεθησαύριχα  
 φιλομουσῶ περιφιλουμούσηκα  
 χολάω κεχόληκα  
 φυσάω πεφύσηκα  
 ἐμφυσάω ἐμπεφύσηκα.

Excipe quae primam verbi consonantem non repetunt, quorum haec videlicet sunt initia.

γνω, ut γνωρίζω ἐγνώριζον ἐγνώριχα notifico. γρη, ut γρηγορῶ ἐγρηγόρουν ἐγρηγόρα medium hoc est.

ρ, ῥίπτω ἔρριπτον ἔρριφα proiicio, ῥαψῶ δῶ ἔρραψῶδουν ἔρραψῶδηκα.

Et quaecunque a duabus consonantibus incipiunt, ψάλλω ἔψαλλον ἔψαλχα, ξυρῶ ἐξύρουν ἐξύρηκα, στέλλω ἔσταλχα.

Id vero sic habet, non repetunt consonantem verbi primam, quae a duabus consonantibus incipiunt, nisi fuerit muta cum liquida; tum enim muta repetitur initii causa.

φροιμιάζω πεφροιμίαιχα  
 τρέπω τέτραφα<sup>6)</sup>  
 πράττω πέπραχα  
 φράζω πέφραχα etc. Quam formam et κτώμαι κέκτημαι sequitur.

Notabis tamen, quae de γρη et γνω dicta sunt. Interim quod alii magnis commentariis agunt, disce, ut vocales praeteritorum penultimae variant intercisis diphthongis, σπείρω ἔσπαρχα, στέλλω ἔσταλχα etc.

Peculiariter enim verba quintae coniugationis, quae ε in futuri penultima habent, α in praeteriti penultimam transferunt. Quod et in aliis quibusdam servatur, praesertim disyllabis, in quibus ρ cum ε in penultima est, ut στρέφω ἔστραφα, τρέφω τέτραφα. Hinc apud Homerum [Il. II, 25. 62.] ἐπιτετράφαται praeteritum passivum Ionicum est.

Item τρέφω, θρέψω, τέθραφα, quod verbum consonantem thematis in praeterito et futuro in aspiratam suam convertit differentiae causa<sup>7)</sup>.

6) Huic praeterito in Editt. 1522—1541. adscripta sunt haec: Apud Homerum ἐπιτετράφαται praeteritum passivum Ionicum est.

7) Quod et — causa.] sic Ed. 1542.; in Editt. 1522—1541. h. l. desunt.

Haec sunt communes paraceimemi notiones.

Habet autem Attica dialectos gemino augmento praeteritum, ut ὄραω, ὤρων cummuniter, εῶρων Attice, ὠρακα communiter, εῶρακα Attice etc.

Saepe etiam consonante repetita, ut ἀκούω, ἤκουκα et ἀκήκοα Attice. ἐλεύθω, ἤλυθα et ἐλήλυθα. ὀρύσσω, ὠρυχα et ὀρώρυχα<sup>8)</sup>.

Si vero<sup>9)</sup> ab λ vel μ verbum incipit, τῶ λ vel μ nihil nisi ε praeponunt, ut λήχω, εἴληχα. Theocrit.<sup>10)</sup> εἴληχας μέγα ἄστν etc.

Iam neque illud praetereundum, quod verba in να quintae coniugationis, in quibus ι praecedit ω, pleraque ν abiiciunt in praeteritis, ut κρίνω κέκριχα, κτείνω ἔκταχα. Caetera ν in γ vertunt, ut φαίνω πέφαγχα, μολύνω μεμόλυγχα etc. Ea vero, quae μ ante ω habent, praeterita fere aliunde mutuuntur, ut νέμω νενέμηχα, τέμνω τέμηχα; κατὰ συγκοπήν, etc.<sup>11)</sup>.

Cave obliviscaris eorum, quae initio non variant, ut in tabella supra vidisti.

ἤχῶ	ἤχουν	ἤχηκα
ἵππεύω	ἵππευον	ἵππευχα.

ἔτετύφειν unde?

Hypersyntelicon a paraceimeno derivatum, α postremo paraceimemi mutato in ει, ut τέτυφα ἔτετύφειν<sup>12)</sup>.

Variat initio. Augetur enim vocali ε supra paraceimemon, si a consonante verbum incipit; secus si a vocali, ut

ἄδω	ἤδον <sup>13)</sup>	ἤχα	ἤκειν.
-----	---------------------	-----	--------

τύπω unde?

Futurum primum a themate formatur<sup>14)</sup> sola characteristica mutata, ut τύπτω τύπω<sup>15)</sup>. Alia est cuique coniugationi futuri characteristica, ut supra in discernendorum ordinum typis videre licet.

8) ἐλεύθω — ὀρώρυχα.] in Editt. 1522—1541. desunt.

9) vero] sic Editt. 1542. seqq.; Editt. 1522—1541. quando.

10) Theocr. Idyll. XVI, 84., ubi Ed. Kiessl. habet εἴληχας μ. α.

11) Iam neque — συγκοπήν, etc.] in Editt. 1522—1541. desunt.

12) ut τέτυφα ἔτετύφειν] in Editt. 1522—1541. desunt.

13) ἄδω ἤδον] sic recte Editt. 1522—1541.; in Editt. 1542—1557. ἤδον male omissum est.

14) a themate formatur] sic Editt. 1542. seqq.; in Editt. 1522—1541.: est

15) ut τύπτω τύπω.] in Editt. 1522—1541. desunt.

Quintae coniugationis verba, quia characteristicam consonantem praesentis non mutant, futura discrimine accentus notant<sup>16)</sup>, ut *κρίνω κρινῶ*. Item aliquoties penultima vocalis passionis, quae ut brevis sit, fit e *ψάλλω ψαλῶ*, e *σπείρω σπερῶ*, *φαίνω φανῶ*, *στέλλω στελῶ*, *κάμνω καμῶ*.

De anomalis nihil praecipio, ut sunt<sup>17)</sup> *καίω καύσω*, *πλέω πλεύσω*, *φέω φεύσω*, *πνέω πνεύσω*. Item<sup>18)</sup> *μέλω μελήσω*, *αὔξω αὐξήσω*, et similia<sup>19)</sup>, et Atticum est *νομίζω νομιῶ* pro *νομίσω*. Quo pacto<sup>20)</sup> huius formae similia afficiuntur.

#### *Τυπῶ* unde?

Secundum futurum significando a primo non differt, variat ab eo sola characteristicam consonante mutata. Fit autem secundi futuri character e primi futuri formativa, si mollescat. Mutatur ergo characteristicam sic<sup>21)</sup>.

#### Prima regula.

Si praesens duabus consonantibus finit, transfer in futurum secundum eam consonantem, quae est coniugationis propria, ut *τύπτω τυπῶ* π et β primae coniugationis, *βλάπτω βλαβῶ* propriae sunt, non τ.

#### Secunda regula<sup>22)</sup>.

Sin fuerit in praesenti duplex consona ζ, et ξ in futuro primo, secundo γ facies, ut *κράζω*, *κράξω*, *κραγῶ*<sup>23)</sup>. Idem fit verbis in σσω, ut *δρύσσω*, *δρύξω*, *δρυγῶ*<sup>24)</sup>. Sin autem<sup>25)</sup> ζ habet σ in futuro primo (scis enim ambiguum primum futurum quartae coniugationis esse), secundo δ facies. *φράζω*, *φράσω*, *φραδῶ*.

#### Tertia regula<sup>25)</sup>.

Si unica praesenti consona in fine sit, antequam diphthongus sit, intercide diphthongum

16) notant] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. nota

17) sunt] in Editt. 1522—1541. deest.

18) πλέω — Item] in Editt. 1522—1541. desunt.

19) αὔξω — similia.] ab iisd. Editt. absunt.

20) νομιῶ — pacto] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541.: *νομίσω νομιῶ*, sic

21) Mutatur — sic.] in Editt. 1522—1541. ab his verbis subseq. Prima Regula incipit.

22) Haec inscriptio ab Editt. 1522—1541. abest.

23) κράζω etc. — δρύσσω etc.] haec duo exempla in Editt. 1522—1541. non h. l., sed in huius regulae fine leguntur.

24) Sin autem] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541.: aut

25) Tertia regula] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. Secunda.

consona manente, ut *φεύγω φυγῶ*, *λείπω λιπῶ*, *ἐλεύθω ἐλυθῶ*, *οἰκτείρω οἰκταρῶ*, *φθείρω φθαρῶ*, *σπείρω σπαρῶ*. Sic de aliis quintae coniugationis, ut *στέλλω σταλῶ*. Quamquam non haec tantum, sed et caeterarum coniugationum ea, quae liquidam ante ε habent in penultima, ε in α vertant, ut *πλέκω πλακῶ*, *τρέπω τραπῶ* etc.<sup>26)</sup>.

Sin vocalis unica consonam praedit, longam in ancipitem<sup>27)</sup> brevem transformam *τρώγω*<sup>28)</sup> *τραγῶ*, unde *τραγήματα*, id est, bellaria quaecunque esu apta.

Quod si<sup>29)</sup> vocalis per sese brevis est, haud raro simile est secundum futurum praesenti, ut *λέγω λεγῶ*, idque<sup>30)</sup> internosces tono, ut *γράφω γραφῶ*<sup>31)</sup>.

De impuris, inquires, verbis haec tantum. Igitur et purorum verborum secunda futura statuo.

#### Prima regula.

Disyllaba circumflexa nec secunda futura, nec secundos aoristos faciunt, ut *ποιῶ*, et similia, quae ante ῶ consonantem non habent.

#### Secunda regula.

Reliqua inflexa ante ῶ consonantem habentia, admittunt quidem<sup>32)</sup> secunda futura et secundos aoristos, sed primis syllaba una breviores<sup>33)</sup>, ut *δουπῶ*, *δουπήσω*, *ἐδούπησα*, *δουπῶ*, *ἔδουπον*<sup>33)</sup>, quamquam et haec eis tempora non sunt sequentia admodum.

Pura non inflexa sic forma, ut *παύσω παῶ*, *καύσω καῶ*<sup>34)</sup>.

#### ἔτυπα unde?

Aoriston primum est, praeteriti significatio, ut e superioribus liquet. Formatur a futuro

26) Quamquam — *τραπῶ* etc.] ab Editt. 1522—1541. absunt.

27) ancipitem] in Editt. 1522—1541. deest.

28) τρώγω] Ed. 1538. errore typogr.: *τράγω*

29) si] in Ed. 1538. excidit.

30) idque] in Editt. 1522—1541. deest.

31) *γραφῶ*.] Editt. 1522—1541. h. l. addunt: Item *χραιομῶ*.

32) quidem et sed primis — breviores] in Editt. 1522—1541. desunt.

33) Haec 5 formae gr. in Editt. 1522—1541. post verba „sequentia admodum.” leguntur.

34) *καύσω καῶ*.] ab Editt. 1522—1541. absunt.

τύπω, ω in α mutato, et augmento paratatici adiecto, ut γράφω, γράψω, ἔγραφα. ᾠω, ᾤσω, ᾄσα laedo. Homerus [Odys. XI, 61.] ἄσέ με δαίμονος αἴσα κακή. α littera integra manet, cum in η pro regula mutetur. Grammatici verbum hoc exceperunt.

Κύρω, futurum κύρω extra communem regulam. Aor. ἔκυρσα. Gregorius Nazianzenus disertus theologus: ἀλλοίη δ' ἄλλος ἔκυρσε τύχη, id est, Variam alius incidit fortunam, Subiicio integros versiculos, quod et pauci sint, et mirum in modum suaves.

Θυμὲ βλέπον ἄνω, χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάντων,  
Μὴ δέ σε νίκηση πρὸς κακότητα δέμας.  
Τυτθὸς μὲν βίος οὗτος, ὃδ' ὄλβιος, ὡς ἐν ὀνείρω  
Τέρπεται, ἀλλοίη δ' ἄλλος ἔκυρσε τύχη.  
Μούνης δὲ ζωῆς καθαρῆς βίος ἔμπεδος αἰεὶ,  
Καὶ πολὺς, ὃν ζῶειν ἐστὶν ἀρειότερον.

Eos non infeliciter quidam ad Ioannem Oecolampadium theologum Latine sic <sup>35)</sup>:

Mens bona tollere humo, terrestriaque excute curis,

Ne <sup>36)</sup> te carnis amans, saeva libido vehat.  
Incertum 'st quod vivitur et breve, somnia quosdam

Forte beant, alios undique casus agit.  
Unius est vitae sors integra, libera, perpes,  
Quae positis mundi sordibus excolitur.

Κισσῶ, κισσήσω, ἐκίσσησα lascive <sup>37)</sup> concupisco, pro concipio Graecus interpres Psalmi quinquagesimi [51, 7.] usurpavit, quo Hebraisimum exprimeret significantiae paulum immodestae מִן יִנְחֶמֶת quippe Genesis capite XXX. de accenso libidine pecore verbi חַיִּי est usus aliquoties. Ita κισσᾶν γλίχασθαι ἐπὶ τῶν γυναικῶν significat. Unde et κίττα pica, gravidae mulieris morbus apud Aristotelem et Galenum. Latinus interpres incommode emphasis tam Hebraeae quam Graecae vocis reddidit, cuius obiter pium Lectorem volebam admonitum, quod mysterio tractando mire conveniat. In Horariis <sup>38)</sup> quae passim excusa habentur in Psalmo Miserere

35) Latine sic] Editt. 1522—1541. Latine tuta sic

36) Ne] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. Nec

37) lascive] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. lascivus

38) Horariis] Ed. 1538. corrupte: Hortaijs

[L, 6.], male igitur ἐκτίσησε pro ἐκίσσησε <sup>39)</sup>, hic: Et in peccato concepit me mater mea. Nam si a κυῶ sit, ἐκτύης legendum est, fideles liberi ἐκίσσησε habent.

In formando aoristo primo penultimas vocales observa. Quintae coniugationis verba, quibus α in futuro primo est, η hoc aoristo faciunt; quibus ε, ει habent: ψαλῶ ἔψηλα, φανῶ <sup>40)</sup> ἔφηννα, σπερῶ ἔσπειρα. De verbis aliarum coniugationum non est ut labores.

ἔτυπον unde?

Aoriston secundum significatione a primo non discrepat. Formatur a secundo futuro ῶ in ον mutato, et augmento addito. Faxis secundi futuri regulas et characteri huic formando adsciscas, mihi sat fuerit iis egisse exemplis, quae supra ponuntur.

ἔτυπον	τυπῶ
ἔβλαβον	βλαβῶ
ἔκραγον	κραγῶ
ἔρρυγον	ῥρυγῶ
ἔφραδον	φραδῶ
ἔφθαρον	φθαρῶ
ἔσπαρον	σπαρῶ
ἔλεγον	λεγῶ.

Viden' hoc aoriston voce cum paratatico convenire, ut λεγῶ futurum cum praesenti λέγω?

Atque hae sunt Indicativi formulae, si quae reliquae personae analogia, quam toties tibi commendo, aberrant, in examine spectabis. Nam curae mihi est, quam potest fieri paucissimis regulam absolvere.

#### ΤΥΠΟΙ Formationum.

	I. Coniug.	II.	III. <sup>41)</sup>
Praesens	τύπτω	λέγω	πείδω
Imperf. <sup>42)</sup>	ἔτυπτον	ἔλεγον	ἔπειθον
Perfect.	τέτυφα	λέλεχα	πέπεικα
Plusqmparf.	ἔτετύφειν	ἐλελέχειν	ἐπετείκειν
Fut. a.	τύψω	λέξω	πείσω
Fut. b.	τυπῶ	λεγῶ	πειθῶ

39) [ἐκίσσησε] hanc vocem Cod. Vatic. et Cod. Alex. recte exhibent. In varia lectione ab Holmesio collecta ἐκτίσησε h. l. non invenitur. Camerarii Editt. pro ἐκτίσησε habent ἐκίσσησε.

40) φανῶ] sic Editt. 1522., 1542. sqq.; Editt. 1538., 1541. φάνω

41) I. Coniug. II. III. IIII. V. VI.] hae inscriptiones ab Editt. 1522—1541. absunt.

42) Huius et seqq. lat. nominum loco, quae Editt. 1522—1541. habent, Editt. 1542. sqq. graeca exhibent: παρατατικός, παρακείμενος, ὑπερσυντελ., μέλλων α., μέλλων β. ἀόριστος α., ἀόριστος β.



Aor. a.	ἔτυψα	ἔλεξα	ἔπεισα
Aor. b.	ἔτυπον	ἔλεγον	ἔπειθον.
	III.	III.	V. 41)
Praesens	φράζω	πράττω	ψάλλω
Imperf. 42)	ἔφραζον	ἔπραττον	ἔψαλλον
Perfect.	πέφρακα	πέπραχα 43)	ἔψαλκα
Plusqmparf.	ἔπεφράκειν	ἔπεπράχειν 43)	ἔψάλκειν
Fut. a.	φράσω	πράξω	ψαλῶ
Fut. b.	φραδῶ	πραγῶ	ψαλῶ
Aor. a.	ἔφρασα	ἔπραξα	ἔψηλα
Aor. b.	ἔφραδον	ἔπραγον	ἔψαλον.

## VI. 41)

Praesens	μύω	Fut. a.	μύσω
Imperf.	ἔμυον	Fut. b.	μυῶ
Perfect.	μέμυκα	Aor. a.	ἔμυσα
Plusquamperf.	ἔμεμύκειν	Aor. b.	ἔμυον.

Sex coniugationum typos tradidi, quartae coniugationis duplicem, propter duos eius characteres praeteritorum ac futurorum. Enitatur puer, ut quaecunque occurrant verba, hoc modo per indicativi formulas demetiatur, nihil maiore commodo in re grammatica faciet. Nam ex his reliquam coniugationem facile coniciet. Quid, inquires, de circumflexis? cur adhuc illa latent? Equidem et illa in haec includam paradigmata, ut videbis, atque adeo satisfaciam tibi prorsum in varianda diathesi  $\omega$  unius τοῦ τύπτω inflexione.

De indicativo satis. Exigit fides mea, ut nonnihil in alios adnotem modos. Quamquam facile illi quidem, quippe ex indicativis formantur, tamen ut compendio puer omnia sequatur, mihi curae est.

τύπτε. analogiam sequere.

P. <i>δόσθε</i>	<i>δόσθωσαν</i>	

30) *Παρακείμ.* — pete.] sic Editt. 1542, sqq.; Editt. 1522 — 1541. pete cum praesentis tum paratatici formulam e passivis. *ἰδιδόμην* ut supra.

31) eadem] in Editt. 1522 — 1541. deest.

32) Ἄορ. α΄. — modis.] haec ab iisd. Editt. absunt.

33) *ἰδόμην*] Ed. 1541. male: *ἰάν ἰδόμην*

*Ἐπικτικῶν μέσων ἔνεστῶς.*

S. *διδόμην* ut in passivis.

S. <i>δοίμην</i>	Ἄοριστος.	<i>δοῖο</i>	<i>δοῖτο</i> Sic <i>θείμην</i>			
				D. <i>δοίμεθον</i>	<i>δοῖσθον</i>	<i>δοῖσθην</i>
				P. <i>δοίμεθα</i>	<i>δοῖσθε</i>	<i>δοῖντο.</i>

*Μέλλων.*

S. <i>δώσοιμην</i>	<i>δώσοιο</i>	<i>δώσοιτο</i> Sic <i>θη-</i> <i>σοίμην</i>
D. <i>δώσοιμεθον</i>	<i>δώσοισθον</i>	<i>δώσοισθην</i>
P. <i>δώσοιμεθα</i>	<i>δώσοισθε</i>	<i>δώσοιντο.</i>

*Ἐποτακτικῶν μέσων ἔνεστῶς.*

S. *ἔάν διδώμαι* ut in passivis.

Ἄοριστος.

S. <i>ἔάν δῶμαι</i>	<i>δῶ</i>	<i>δῶται</i> Sic <i>δῶμαι</i> <i>θῆ</i>
D. <i>δῶμεθον</i>	<i>δῶσθον</i>	<i>δῶσθον</i>
P. <i>δῶμεθα</i>	<i>δῶσθε</i>	<i>δῶνται.</i>

*Ἀπαρεμφάτων μέσων*

*Ἐνεστῶς. δίδουσαι*

*Ἄοριστος. δόσθαι*

*Μέλλων. δώσεσθαι.*

Participia media.

Praesens ὁ *διδόμενος*

Aoriston ὁ *δόμενος*

Futurum ὁ *δωσόμενος.*

Atque haec est formula regularis et analogica coniugationis *μι*. Puero exempla experiundi causa obiciuntur, ut [Hom. Od. I, 320 sq.] *τῷ δ' ἐνὶ θυμῷ θῆκε μένος καὶ θάρσος*, id est, Telemacho in animo Pallas posuit ardorem ac audaciam. Dic *θῆκε* unde? a *τίθημι*, aoriston *ἔθηκα* *ἔθηκας* *ἔθηκε*. Poeta augmentum sustulit; sic *δώκεν* et pleraque alia. In Horariis Graeculis, quid enim non et ista proferam? quippe ludicra puerorum, in hymno: Quem terra, legitur: *γαστρος εἰσέδν κυβωτόν*. Ventris subiit arculam. Dic *εἰσέδν* unde? Compositum est ab *εἰς* et *δύω*. Hinc *δύμι*, sicut a *ζευγνύω* *ζεύγνυμι*. Coniuga ut *δίδωμι*, sed suo caractere, scilicet *υ*. Est *εἰσέδν* aoriston secundum indicativi activi, *εἰς* praepositio, *ς* augmentum sequens praepositionem. Nam verbum, non praepositionem augeri oportet, ut supra. *δν* verbi radix, ut *δω*, *ἔδων* *ἔδως* *ἔδω*. Sic *εἰσέδν* *εἰσέδς* *εἰσέδν*.

Sunt autem et<sup>34</sup>) anomalae verborum *μι* coniugationes, eorum scilicet, quae ab *ἴημι* et

34) autem et] sic Ed. 1542.; Editt. 1522 — 1541. aliae (In Camerarii Editt. inter „*εἰσέδν*“ et „Sunt autem et“ insertum est additamentum, quod fere duas pagg. explet.)

εἰμι<sup>35</sup>) sunt. Res est multi negotii, et ego in libro constructionum aliquid eius attingam.

Praesens ἴημι ἴης ἴησι, id est, Mitto seu iaculor, sicut τίθημι. Hinc et ἀφίημι, unde ἄφες.

Paratat. ἴην ἴης ἴη.

Parac. εἶχα etc.

Aoriston ἦκα. Sic saepe leges ἀφῆκα dimisi, ab ἀπό et ἦκα, ο elisa, et π in φ versa ob sequentem adspirationem. Attici etiam ε praepo- nunt, hinc ξυνέηκα.

Aoriston b. ἦν ἦς ἦ  
ἔτον ἔτην  
ἔμεν ἔτε ἔσαν.

Odyss. δ. [vs. 681.] τίπτε δέ σε πρόεσαν μνη-  
στῆρες.

Futurum ἦσω ἦσεις ἦσει etc.

Προστακτ. ἀόριστ. β. ἔς ἔτω, ut θές θέτω.

Εἰμι, Εο.

Praes. εἰμι εἶς et εἷ εἶσι ut apud Theo-  
ἔτον ἔτον<sup>36</sup>) critum<sup>37</sup>) εἷ μῆ  
ἔμεν ἔτε ἔσι ἀπει τουτῶθεν.  
et Ionice  
ἔασι<sup>38</sup>).

Praesens εἰμι, eo.

Praeteritum perfectum<sup>39</sup>) εἶχα, et apud Home-  
rum ἦχα.

Plusquamperfectum<sup>39</sup>) ἦκειν et ἦειν.

Aoriston a. εἶσα, hinc εἶσαν tertia persona  
pluralis, et poetice ἦσαν<sup>40</sup>).

Aoriston b. ἔον ἔες etc.

Futurum<sup>39</sup>) εἶσω.

Imperativo ἔθι, i, <sup>41</sup>) hinc ἀπιθι, abi, ut ἦ  
πίθι, ἦ ἀπιθι, Aut bibe aut abi, πίθι ex πίε fac-  
tum est schematicῶς. Sic ἔθι ex ἔε, et ἀπιθι  
compositum est ex ἀπό et ἔθι, πίθι simplex  
est<sup>42</sup>).

35) εἰμι] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. ἴημι

36) ἔτον] sic hoc alterum scripsi; Editt. 1542—1557. male:  
ἔτην

37) Theocr. Idyll. IV, 48.

38) Attici autem ε praepo- nunt — et Ionice ἔασι.] sic Editt.  
1542. sqq.; in Editt. 1522—1541. haec desunt.

39) Pro his tribus latinis nominibus temporum, quae Editt.  
1522—1541. habent, in Editt. 1542. sqq. leguntur graeca:  
παρακ., ὑπεραν., μέλλον.

40) hinc εἶσαν — ἦσαν] haec in Editt. 1522—1541. desunt.

41) i,] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541.: id est, εἷ.

42) ἔθι, πίθι simplex est] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522  
—1541. ἔθι ab εἷ et πίθι bibe simplex est.

Aoriston b. ἔε, et per metathesin εἷ. Hinc ἔξει  
apud Aristophan. ἔξει τὸν ἀσκάτην λαβῶν, pro  
ἔξελεθε.

Optativo εἶην εἶης εἶη, ut ἀλλὰ καὶ εἶη εἰπεῖν  
Ἀτρείδη Ἀγαμέμνονι ποιμένι λαῶν, hoc est,  
Eat, ut dicat Agamemnoni etc.

Infinitivo ἵναι, a quo ἵμεναι Ionicum, et ἵμεν  
per apocopen. Item εἶναι per diphthongum,  
quod ab ἵναι ab ἴημι descendit, per metathesin  
factum volunt; hinc ἀπειναι, παρειναι etc.<sup>43</sup>).

Εἰμί substantivum.

᾿Οριστικοῦ ἐνεστώτος<sup>44</sup>).

S. εἰμί εἷ καὶ εἶς ἐστί  
D. ἐστόν ἐστόν  
P. ἐσμέν ἐστέ εἰσί, ἐντί Doric.

Theocritus in Odoeporica [Idyll. V, 109.]  
Μῆ μευ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλους, ἐντί γὰρ ἄβαι,  
id est, Ne laedite vites meas, sunt enim tene-  
rae. μῆ λωβάσησθε pro λωβήσησθε coniuncti-  
vum aoriston medium. ἀμπέλους systole pro ἀμ-  
πέλωσ Dorico accusativo, ab ἀμπέλουσ, ἐντί pro  
εἰσί.

Παρατακτικὸς καὶ Παρακείμενος.

S. ἦν ἦς ἦ et Attice ἔην  
ἔης etc.  
D. ἦτον ἦτην  
P. ἦμεν ἦτε ἦσαν.

Μέλλων.

S. ἔσομαι ἔση et ἔσαι et ἔσσαι ἔσεται καὶ ἔσται  
D. ἐσόμεθον ἔσεσθον ἔσεσθον  
P. ἐσόμεθα ἔσεσθε ἔσοντα.

Προστακτικοῦ ἐνεστώτος<sup>45</sup>).

S. ἔσθι<sup>46</sup>) ἔσο ἔστω  
D. ἔστον ἔστων  
P. ἔστε ἔστωσαν.

Ἐντικτικοῦ ἐνεστώτος<sup>46</sup>).

S. εἶην εἶης εἶη  
D. εἶητον εἶητην  
P. εἶημεν εἶητε εἶησαν.

43) Aoriston b. ἔε — παρειναι etc.] in Editt. 1522—1541.  
desunt.

44) Εἰμί — ἐνεστώτος.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—  
1541. De Verbo Substantivo εἰμί. Indicativi Praesens.

45) Horum 4 graecorum nominum loco Editt. 1522—1541.  
habent latina: Imperativum Praesens. — Optativum Prae-  
sens. — Coniunctivum Praesens. — Infinitivum.

46) ἔσθι] sic recte Editt. 1522., 1542. sqq.; Editt. 1539.,  
1541. ἔσθι.

	<i>Μέλλων.</i>	
S. ἐσοίμην	ἔσοιο	ἔσοιτο
D. ἐσοίμεθον	ἔσοισθον	ἔσοίσθην
P. ἐσοίμεθα	ἔσοισθε	ἔσοιντο.

Ὑποτακτικῶν ἐισεστώς.

S. εἰάν ᾧ	ἦς	ἦ
D.	ἦσον	ἦτον
P. ᾧμεν	ἦτε	ᾧσι.

Ἀπαρέμφατον.

Praesens εἶναι, id quod dialecticis variatur. Dores ἔμεναι et ἔμμεναι faciunt, ut supra e τύπτειν τυπτέμεναι et Iones ex ἔμεναι ἔμεν, ut apud Homerum Iliados i. 47) φᾶς ἔμεν ἀπτόλεμον καὶ ἀνάκλιδα, et verso ε in η, ἦμεν. Theocritus [Idyll. II, 41.], ἀπάρθρον ἦμεν.

Futurum ἔσοσθαι.

Participia.

Praesens	{ ὁ ᾧν	τοῦ ὄντος
	{ ἡ οὔσα	τῆς οὔσης
	{ τὸ ὄν	τοῦ ὄντος.
Fut.	{ ὁ ἐσόμενος	νον
	{ ἡ ἐσομένη	νης
	{ τὸ ἐσόμενον	νου.

Φημί, Dico. Praesens 47).

S. φημί	φῆς, unde φᾶς, φησί
D.	φατόν
P. φημέν	φατέ

Futurum φήσω etc.

Aoriston a. ἔφησα.

Aoriston b. ἔφην, et aphaeresi φῆν etc.

Infinitivum φάναί.

Congeriem verborum anomalorum et impersonalium libro Constructionum adiiciam, ideo haec satis duco paucis hoc attigisse loco. Participia inter verba reposuimus. Supersunt e verbis nomina verbalia.

De nomine verbali.

Verbale nomen est quod a verbi modo statim deflectitur. A praeteritis autem verbalium formae cadunt medio et passivo. Sed formando augmenta concidito.

A medio sunt substantiva, ut a τύπτω τέτυπα, fit τύπος dempto augmento 48), et facta

47) i.] sic recte Kditt. 1522—1541. 1557.; Kditt. 1542—1548. male: α. Legitur enim hic versus II. IX, 35.

48) Pro his, Editt. 1522—1541. habent inscriptionem: Verbum φημί praesens.

49) dempto augmento] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522—1541. augmento dempto

nominis terminatione, λέγω λέλογα λόγος, στέλλω ἔστολα orno, στολή stola vestis. Item στέλλω ἔστολα mitto, στόλος classis, ἐπιστέλλω ἐπέστολα ἐπιστολή, ἀποστέλλω ἀπέστολα ἀπόστολος legatus, στρέφω ἔστροφα στροφή.

Adnotet hic puer accentus varietatem. Os desinentia communem regulam sequuntur, η fines acuit pro derivatorum more. Exempla congerat, quo ditior linguae fiat.

A passivi praeteriti prima persona, fiunt maxime substantiva neutra in μα, τύπτω τέτυμαι, tolle augmentum et fac nominis terminationem τύμμα, quod pro flagro, nempe a τύπτω apud Theocritum [Idyll. IV, 55.] legitur, ὄσυχόν ἐστι τὸ τύμμα καὶ ἀλίχον ἄνδρα δαμάσδει. Quantillum est flagrum et tantum virum domat, in proverbii speciem dicitur, ἀλίχον pro ἡλίχον et δαμάσδει pro δαμάζει, sicut pro συρίζειν συρίζειν, solvitur enim ζ in σδ.

πράττω	πέπραγμα	πράγμα
σκώπτω	ἔσκωμμα	σκῶμμα
γράφω	γέγραμμα	γράμμα.

Sunt et aliae terminationes hinc deflecti solitae, ut ὄσμος ab ὄζειν, ψαλμός ab ἐψαλμαι, λελόγισμαι λογισμός. Simplicia omnia fines acunt.

φράζομαι πέφρασμαι φράσμων regulare fuerat, sed repetita est thematis litera. Nam ζ in σδ liquitur. Itaque δ posterius characteris sibi ius arrogat, et dicitur φράδμων consultor, συμφράδμων apud Homerum [II. II, 372.].

νοῶ	νενόημαι	νόημων
φιλοῶ	πεφίλημαι	φιλήμων.

A praeteriti passivi secunda persona maxime in ις foemina verbalia cadunt, ut

ποιῶ	πεποίησαι	ποίησις ποῆσις
μορφῶ	μεμόρφωσαι	μόρφωσις
αἰροῦμαι	ἤρησαι	η in ε αἰρασις
λέγω	λέλεξαι	λέξις.

A praeteriti passivi tertia persona plura sunt verbalia, quam numerari queant, τος adiectiva, παρακαλῶ παρακέληται, tolle augmentum, et fac nominis terminationem παράκλητος. Simplicia omnia fines acunt, composita tonum transerunt.

Cum adnotarem τοῦ παράκλητος tonum, venit in mentem magni cuiusdam disputatoris, qui nuper cum Haganoe essemus, Dii boni, quo



supercilio pro concione falsi, dein et impietatis criminabatur pronuntiantem Latino more paracletus, oblitus opinor Grammaticae, dum intentiones formarum argutatur, quas mirum ut ridicule plebi vulgabat.

χρῶ                      κέχρισται                      χριστός  
διαλέγομαι                      διαλέλεκται                      διάλεκτος,

unde *διαλεκτικός*.

Sunt hinc substantiva, si *τος* in *τρον* vertas, plurima, ἀμφιβέβλησται ἀμφίβληστον, interpone ρ, ἀμφίβληστρον<sup>50</sup>). Sic πληκτός πλήκτρον, καλύπτω κεκάλυπται καλύπτρα. Et ἀλάβαστρον huius formae est, sed ἀναλογικῶς<sup>51</sup>).

Sunt et verbalia in *τήρ*, ut *σωτήρ* a *σέσωται* et similia. Et in *της*, ut *πεποιήται ποιητής*, ἔφαται ψάλτης. Sic *συκοφάντης* a *σῦκος* ficus, et *φαίνω φαίνομαι*, Praeterito *πέφαμμαι πέφανσαι πέφανται*. Hinc *φάντης* augmento *resecto συκοφάντης* dictus, ut Plutarchus Chaeronensis in Solone scribit: Οὐκ ἂν οὖν τις ἠγγήσαιτο παντελῶς ἀπιθάνως τοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ σύκων ἐξαγωγή τὸ παλαιὸν ἀπειρήτο, καὶ παρὰ τὸ φαίνειν τὸν ἐνδεικνύμενον τοὺς ἐξάγοντας κληθῆναι *συκοφάντας*. Id si non falso interpreteris, aliter leges in iis Plutarchi vitis, quae nescio a quibus versae, passim mendosissime manibus voluntur studiosorum.

Finis de Verbis<sup>52</sup>).

## De Pronomine.

Pronominis varius multusque usus apud Graecos est, ut Priscianus Latinus auctor commemorat, et ego in Constructionibus, ne quid desit *φιλέλληνι*, conabor. Hic praeter flexum nihil tractabo. Id unum pueri observent, esse eis pro possessivo primitivi usum, ut *πατήρ μου* pater mei, pro pater meus. Gellio longa est de hac re disputatio. Pronominum alia prima sunt, alia possessiva, alia demonstrativa, alia relativa, alia composita.

Prima, Ἐγώ, Ego.

S. ἐγώ, et adscita γε, ἔγωγε

ἐμοῦ, et ε ablati μου, et ἐμέο ἐμοῖο ἐμεῦ

50) ἀμφιβέβλησται — ἀμφίβληστον.] sic Editt. 1542. sqq.; Editt. 1522 — 1541. ἀμφίβληστρον ἀμφιβέβλησται ἀμφίβληστον, interpone ρ,

51) ἀναλογικῶς.] sic Editt. 1522., 1542 — 1557.; Editt. 1538., 1541. ἀνομαλῶς.

52) Haec subscriptio in Ed. 1538. deest.

ἐμοί	μοί		
ἐμέ	με		
D. νῶϊ	νῶ		
νῶϊν	νῶν		
P. ἡμέες	ἡμεῖς	ἄμμες	
ἡμέων	ἡμῶν	ἄμμέων	
ἡμῖν	ἄμιν	Hom. <sup>53</sup> ) παρ' ἄμμι	
ἡμέας	ἡμᾶς	ἄμμε	φιλήσεται.
		Σύ, Tu.	
S. Σύ Dorice τὺ			
σοῦ	σέο	σεῖο	σεῦ, ita Dorice τεῦ
σοί	τοί		
σέ;	τύ.		

Hic Doricus accusativus est apud Theocr., ut obiter admoneam, in Cyclope [Idyll. IX, 5.] *γινώσκειν δ' οἶμαι τὴν καλῶς, λατρὸν ἔοντα*. id est, Dignoscere vero arbitror te recte medicum existentem. *γινώσκειν* infinitivum pro *γινώσκειν, ἔοντα* pro *όντα*.

σύ			
D. σφῶϊ		σφῶ	
σφῶϊν		σφῶν	
P. ὑμέες	ὑμεῖς	ὑμμες	
ὑμέων	ὑμῶν	ὑμείων	ὑμμέων
ὑμῖν	ὑμιν		
ὑμέας	ὑμᾶς		
ὑμεῖς.			

Ὅς Οὐ, Sui.

S. ὅς			
οὐ	ἐο	εἶο	
οἶ	ἐοι		
ἔ	ἐθεν.		
D. σφῶέ	καὶ	σφέ	
σφῶϊν		σφῖν	
P. σφέες		σφεῖς	σφέες
σφέων		σφῶν	σφείων
σφισί			
σφέας		σφᾶς.	

Possessiva, Meus.

ἐμός	σός	ἐός
ἐμή	σή	ἐή
ἐμόν	σόν	ἐόν.

Declina ut adiectiva nominum. Sic *νωῖτερος*, *σφῶϊτερος*, *ἡμέτερος*, *σφέτερος* *σφετέρα* *σφέτερον*.

Demonstrativa duo.

Masc. S. οὗτος Huic pronomini προσχηματίζεται τὸ ε τούτου ut οὗτοσί, τουτουῖ

53) Hom. Od. I, 123.

	τούτω		
	τούτων		
D.	τούτω		
	τούτων		
P.	οὗτοι		
	οὗτων		
	οὗτοις		
	οὗτους		
Foem. S.	αὕτη	Illa, ab αὕτῃ ipsa, tono internoscet.	
	αὐτῆς	προσχημάτιζε, ut αὐτῆ	
	ταύτη		
	ταύτην		
Dual.	ταῦτα		
	ταύταιν		
Plur.	αὗται		
	οὐτῶν		
	οὐταις		
	οὐτας		
Neutr. S.	τούτο	D. τούτω	P. ταῦτα
	τούτου	τούτων	οὐτων
	τούτῳ	οὐτοις	οὐτοις
	τούτο	οὐτα.	οὐτα.
	ἐκεῖνος	Ut adiectiva nominum fle-	
	ἐκεῖνη	cte. Saepe ἐκεῖνος, ε au-	
	ἐκεῖνο	fortur κείνος.	

Relativum unum.

Αὐτός αὐτή αὐτό Ipse, flecte ut nominis adiectiva. Viden' et tenue αὐ esse, et in posteriore syllabam tonum ferri? Quod si αὐ asperum videris, tonumque in fine, ut αὐτοῦ, scias esse compositum pronomen reciprocum ab ἐαυτοῦ sui ipsius. Nota μίν pro αὐτόν.

Composita tria.

Ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ, ἐαυτοῦ. Mei ipsius, Tui ipsius, Sui ipsius; nominativis carent. Varia sic:

ἐμαυτοῦ	ἐμαυτῆς	ἐμαυτοῦ	} plur. carent et rectis.
ἐμαυτῶ	ἐμαυτῆ	ἐμαυτῶ	
ἐμαυτόν	ἐμαυτήν	ἐμαυτό	
σαυτοῦ	σαυτῆς	σαυτοῦ	} plur. rectisque carent.
σαυτῶ	σαυτῆ	σαυτῶ	
σαυτόν	σαυτήν	σαυτό	
ἐαυτοῦ	ἐαυτῆς	ἐαυτοῦ	} horum sequuntur pluralia.
ἐαυτῶ	ἐαυτῆ	ἐαυτῶ	
ἐαυτόν	ἐαυτήν	ἐαυτό	
ἐαυτῶν	καὶ σφῶν	αὐτῶν	} Affinge foem. et neutra.
ἐαυτοῖς	καὶ σφίσι	αὐτοῖς	
ἐαυτούς	καὶ σφᾶς	αὐτούς	

De Adverbio.

Hactenus partes, quae declinabiles vocantur, compendio tractavi. Supersunt indeclinabiles, Adverbium, Praepositio, Coniunctio. Interiectionem Graeci sub Adverbio comprehendunt. Quid enim aliud est Interiectio quam verbi σχελιαστικοῦ nota, et quasi declaratio? Adverbium igitur est, quoniam verbi nota.

Adverbium ἐπίρρημα, quod verbo adiectum ipsum definit. Id significationibus adverbii fit. Accidit ergo adverbio significatio. Nam alia sunt loci, ut ἐνταῦθα hic. Alia temporis, ut σήμερον hodie. Alia qualitatis, ut ἡδέως iucunde etc. Variationes significationum, quandoquidem proprie ad idiomata pertinent, superfluum videbatur hic omnes recensere. Sed de localibus attingam pauca, quo gratum pueris faciam.

Adverbia localia aut sunt genuina τοῖς ἀκλίτοις, ut ἐκεῖ, ἔξω, aut a nominibus trahuntur; τῶν γνησίων facilis notio est, quoniam definita sunt numero, quid significant, in locone, an de loco, an ad locum. Quae a nominibus trahuntur, sic discernimus.

Θι desinentia in loco significant, ut ἀγρόθι in agro. Ideo ἀγρόθι penultimam acuit, quia ab ἀγρός acutae ultimae cadit. Tenes enim regulam, haud fere excedere tonum syllaba, quae recti acuti finis est. Tu faxis pariter et de aliis iudices. ἄλλοθι antepenultimam acuit, quia ἄλλος primam, non ultimam. Sic de aliis. Ἀθήνησι in Athenis; desinunt enim σι, quae a pluralibus<sup>64</sup>) nominibus cadunt, similia dativis suis.

σε ad locum, ἀγρόσε et ἀγρόνδε, ut sit nominis aliqua in eo species, sic Ἀθήναζε; nam pro σε, ζε faciunt huiusmodi pluralium παράγωγα.

θεν de loco, Ἀθήνηθεν ex Athenis, οὐρανόθεν e coelo.

Accidunt adverbio item compositio, ut πάλαι πρόπαλαι, et comparatio, σοφῶς σοφώτερον σοφώτατον.

De Praepositione.

Simillima adverbio praepositio πρόθεσις est. Nam et pleraque adverbia Graecorum, casibus nominum construuntur, ut χωρὶς τούτων etc., quod nos praepositionem facimus, praeter haec:

64) pluralibus] Edit. 1538., 1541. male: pluribus

ἄκρι σκελῶν, Crurum tenuis, Graeca constructio. Idque hoc loco a Graecis dissidemus, qui nullum adverbium regere casum dicimus, et praepositiones incerto numero deputamus, ut pridie Calendas, Pridie quoque praepositionem patiamur. Graeci vero definitas numero praepositiones habent, omnes decem et octo sunt.

Quare quid inter adverbium et praepositionem intersit, fortasse dubitas. Sed huius loci non est haec tractare. Praepositiones tibi ordine recensebo, et nonnihil constructionum τῶν προθέσεων attingam, praelusurus iis, quae alio mihi opere scribentur. Vix enim alia pars Graeci sermonis liberius vagatur. Nos vel hoc faciemus modo, ut puerum sollicitum in observanda notandaque praepositionum syntaxi reddamus.

Accidunt praepositioni Tonus et Casus. Quae tonis insigniuntur, acutae sunt posteriori syllaba, ἀπό, ὑπό, περί. Perinde ac Latinorum προθέσεις, contra Troiam sita Tenedos. Transferunt tonum in priorem syllabam, si casum sequantur, εἰρήνης περί. Sic et Latinis in more est, Italiam contra etc.

Tenues omnes sunt a vocali coeptae, praeter ὑπό et ὑπέρ. Omnia enim ab *v* incipientia aspera sunt.

Casus tres habet praepositio, genitivum, dativum et accusativum. Praeponi casui solet, ut apud Latinos ἀναλογικῶς. Caeterum ornatus loco habetur, et in soluta oratione praepositionem casu antevorti, ut Διονύσου μὲν περί πολλὸς λόγος, Ἡρακλέους δὲ οὐ πολλός. De Baccho mentio crebra, de Hercule infrequens, ut ille in fluentem luxu Graeciam dixit.

Omnes praepositiones Graecorum apponi, componique possunt. Sunt autem, aliae monosyllabae, aliae disyllabae.

#### De constructione et significantia monosyllabarum.

Ἐν, *in* significat cum ablativo constructum, soli dativo ξυντάσσεται, ut ἐν οἴκῳ. Pro ἐν ἐνί faciunt, ut ἐνὶ θυμῷ, Homerus. Ἐν ἄδου, ἐξ ἄδου non sunt huius ordinis, Atticae eclipses, qualis haec Livii est: ad Murtiae, aut<sup>55)</sup> Terentii: ad Dianae. Composita non *in* ablativi modo, sed et *in* accusativi significat, ἐμβάλλω iniicio.

Εἰς et ἐς Attice, *in* accusativo constructum significat, solum accusativum exigit, εἰς ὕδωρ γράφω. In aquam scribo. Motum ad inanima significat. Ne dicito: ἴθι εἰς πατέρα. Vade ad patrem, sed ἴθι εἰς ἀγοράν, in forum. Itaque localibus familiaris est, ut ἐς κόρακας, Ad corvos, qui locus suppliciorum in Thessalis fuit, unde factum est verbum σκορακίζειν, τῷ σσηματικῶς addito, quod profligare, eiicere, damnare significat. Interpres Psal. 26. [27, 9.], eo usus est, βοηθός μου γενοῦ, μὴ ἀποσκορακίσης με, quo Hebraismus commodius redderet, non est enim uti nos legimus sine emphasi: Adiutor meus esto, ne derelinquas me<sup>56)</sup>, sed ne odio persequere, ne profliga me, ἰσχυρῶς ἦν quale et hoc est, timor Dei odit malum, excutit, propulsat etc. Composita *in* accusativi significationem habet, εἰσάλλομαι insilio.

Ἐξ, quae et ἐκ dicitur, *ex* significat, soli genitivo constructur, ἐξ ἀμάξης, e plastro. Locum, tempus causamque notat, ἐξ ἡδονῆς τὸ δυστυχεῖν. E voluptate miseria. Composita auget, φάγω, ἐκφάγω edo, exedo. Sic τήκω liquefacio, ἐκτίκω tafefacio, ut Psalm. 38. [39, 12.] καὶ ἐξέτηξας ὡς ἀράχην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Et tafefecisti ceu araneam animam eius. Quo loco miror, cur Hieronymus, posuisti, mutarit, cum Hebraeis sit ὀξῆ) quando quod sequitur, pro animam eius, desiderabilia eius non incommode reddidit, est enim illic ἰσχυρῶς et ni fallor apte quadret sententiae. Est enim psalmus hic confessio eius, quod a Domino correptus vindicem agnoscit, et poenam fert. Ergo inquit, corripuisti me, et tafefecisti desideria mea, id est, contudisti effrenem vim et gliscentem concupiscentiae meae ardorem.

Alioqui ἐξ composita ἐξω quoque significat, ut ἐκβάλλω eiicio, extra iacio, ἐκφρων desipiens.

Σύν, ξύν, *cum* copulativam significat, libet enim cum Prisciano loqui, dativo constructur, auxilia, coniunctionemque designans, ξύν χάρισιν, cum Gratiis. Idem et composita potest, ξυμβάλλω, σύμβολα.

Πρὸς, constructione variat significationem. Genitivo iuncta *ab* notat, exitum a persona, πρὸς θεοῦ τ' ἀγαθά, id est, a Deo bona. Est et iurandi nota, πρὸς χαρίτων. Per Gratias.

55) aut] Ed. 1538. typ. errore: ad

56) Lectio enim recepta, ad quam haec spectant, est: μὴ ἐγκαταλίπης με.

Perinde ac si Latine dicas: per te, per, qui te talem genuere parentes. Item *coram*, *πρὸς τῶν ἐπισκόπων*, coram Episcopis. Et officium, οὐ *πρὸς φιλοσόφου φιληδονεῖν*. Non est philosophi voluptati indulgere. Quanquam Demosthenes in oratione contra Aeschinem et *πρὸς ἐμὲ* hac significatione usurpat: ad me pertinens. Est et iunctura casus, qui passivo construitur, *Σωκράτης φιλεῖται πρὸς δαίμονος*.

Dativo, *supra*, ut *πρὸς τούτοις*<sup>57)</sup>. Et *prope*, *erga*, *πρὸς ἅπασιν*, Demosthenes.

Accusativo iuncta, tum demum propriae significationis est, ut Manuel Moscopulus grammaticus omnium, ni fallor, qui superiore seculo literas instaurarunt, idem longe diligentissimus ac doctissimus, inquit: *ὅτε δὲ ἡ πρὸς τὰ ἐαντῆς σημαίνει, καὶ οὐ λαμβάνεται ἀντὶ ἑτέρας, μετ' αἰτιατικῆς ξυντάσσεται*. Motum ad personam significat, *ἔθι πρὸς τὸν ἄρχοντα*, id est, ad magistratum. Nec ad solas personas, sed ad inanimata, *πρὸς περίπατον*, Plato. *Adversum* significat, *Γότθοι πολεμοῦσι πρὸς Ῥωμαίους*, Gotthi bellum cum Romanis gerunt. Tale est *πρὸς κάρα κάριζε*. Neque vero motum significat solum, sed et quietem, id est, esse aliquid in loco, habetque emphasisin, *apud*. Lucianus in Cycno: *σειρήνας μὲν εἶναι πρὸς αὐτούς*, Sirenas esse apud eos. Et *πρὸς σῆμα μητριᾶς κλαίεις*, Apud nocvercae tumulum ploras. Imitationem signat, ut *πρὸς μύρτον ἄδειν*, *πρὸς κλεψύδραν λέγειν*. Est e Graecis quispiam non ignobilis autor, qui magni mysterii loco *πρὸς* imitationem ac similitudinem designare putat apud Iohannem [1, 1.]: *ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν*. Et verbum erat apud Deum, verbum patris, *ἐκόννα* esse non spiritum. Composita *ad* valet, quam equidem significationem propriam *τῇ πρὸς* arbitror, *προσκαλῶ*, advoco.

*Πρό*, *ante*, Genitivi solius est, loci temporisque nota, Prisciano teste, *πρὸ πύλης*, ante portam. Composita *prae* significat, *προβάλλω*, praerono, *πρόβλημα*. Nonnunquam *ἀντὶ* significat, *γῆν πρὸ γῆς*, terram pro terra.

#### De disyllabarum constructione.

*Παρά* genitivo, dativo et accusativo construitur, sed alia significatione. Genitivo idem quod *πρὸς* signans exitum a persona, *βοήθειά μου*

*παρὰ κυρίου*. Auxilium meum a domino. Sic Plato in Phaedro: *παρὰ Λυσίου, ὃ Σώκρατες*.

Hac item praepositione passivum verbum casui aptatur, ut adversus imperitum Lucianus: *ξυλλαβὼν τὰ τοῦ Θουκυδίδου ὅσα παρὰ τοῦ Ἀημοσθένους, καὶ αὐτὰ ὀκτάκις μετεγγεγραμμένα εὐρέθη*. Nactus Thucydidae opera, eaque quae a Demosthene octies descripta sunt etc. Significat et *supra* genitivi syntaxi, ut *θεὸς τοῦ μεγίστου τῶν ἀριθμῶν ὑπεροχῇ, παρὰ τῶν ἐγγυτάτων*. id est, Deus, maximi numerorum excessus supra proximos numeros est. Athenagorae verba sunt in oratione, qua legatus ad Antoninos Caesares circiter annum salutis instauratae centesimum et septuagesimum dogmata Christiani nominis tutatus est. Quo loco unum Deum asserit e philosophorum decretis. Hanc *ὑπογραφήν* Dei, familiarem scholae Pythagoricae e Philolao testem unitatis Dei allegat prorsus *ἀνιγματώδη*. Quamobrem, quo studiosis elegantioris philosophiae gratum faciam, scrupum solvam. Idque vel maxime oblectandi Francisci Stadiani amici nostri summi gratia, cui, ut est philosophiae omnis novae ac veteris probe peritus, ad haec Theologicas literas *τὸν νοῦν κατασκευασάμενος* sancte complexus, ea Pythagorae sententia mire probari solet. Est autem summa rei. Deus excessus est, quo maximus numerus, denarius videlicet, proximum nonarium superat, vincit nonarium unitate denarius. Deus igitur unitas est, atque adeo denarii unitas, perfectissimi numeri, id est, naturae omnes omnium perfectionum gradus complexae. *Supra* proximos numeros, sunt creaturae quaedam *εἰκόνες* Dei, *καὶ Θεοτυπία*, quae nobis ceu methodum praebent cognoscendi Dei. Quare sapiens vir Pythagoras *ὑπογραφήν* Dei e proximis denario numeris, id est, e similibus divinae naturae spiritibus traxit. Tempero mihi, ne longius extra septa evehar, ut dici solet, quod, si quis mihi contingeret lector studiosus mysteriorum philosophiae, haec pro ingenio suo uberius agat.

Dativo *παρά* construitur, *prope* vel *iuxta* significans, *παρὰ τῷ κυρίῳ ἔλεος*, Apud Dominum misericordia. Locorum ac personarum est, Aristoteles in Eudemiis moralibus *παρὰ τῷ Θεῷ* dixit, pro: a Deo.

Accusativo motum ad rem signans, *παρ' αὐτὸν ἴωμεν*, ad ipsum eamus. In Parmenide Platonis *παρὰ πότον βακχεύειν*, Insanire ad po-

57) ut *πρὸς τούτοις*] in Editt. 1522—1541. desunt.

cula, *παρὰ πάντα τὸν χρόνον*, Demosthenes, Circa omne tempus. Et hac constructione *prope* significat, Homerus [Il. IX, 67.], *παρὰ τάρφρον ὀρυκτῆν*. Iuxta fossam. Causam idem notat, ut *παρὰ τὸ εὖ ζῆν τὸ κλέος*, Gloria est, eo quod bene vivatur. Item *circa*, *παρὰ τὰ ἀδικήματα*. Demosthenes. Item *praeter*, *παρὰ πρέπον*, praeter decorem. Composita aut minuit, ut *παράσημος φήτωρ*, malae monetae, id est, adulterinus orator, apud Demosthenem. Aut *prope* seu *iuxta* significat, ut *παρακολουθεῖν*, prope sequi seu subsequi, assiduum adesse. Ita Simplicius magni nominis Peripateticus in praefatione sua in Categorias, *ἐπιμελέστερον δὲ, ὡς οἶός τε ἦν, τοῖς Ἰαμβλίχου παρακολουθῶν ἀπεγραψάμην, καὶ αὐτῇ πολλαχοῦ τῇ λέξει τοῦ φιλοσόφου χρησάμενος*, id est, Qua vero potui diligentia, Iamblichi commentariis inhians, eos transscripsi etc. In quam sententiam accipiendum videtur, quod est apud Lucam cap. 1. [vs. 3.] *παρακολουθηκότες* inhiant *τοῖς αὐτόπταις* narrantibus solito, e quibus rem omnem didici etc. Congere acervos compositorum a *παρά*, spectaturus duplicem eam significationem, minuendi, aut *prope* seu *iuxta*. Minuit *παραδειγματίζω*, prope significat, *παρεμβάλλω*, prope infodio. Graeci hoc verbo significant id, quod Latini dicimus vallum ducere, vallo munire, vallare. Psal. 33. [34, 8.], *παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου κύκλω τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ἔρυσεται αὐτούς*. Nostri vertunt: Immittet angelus Domini in gyro timentium eum, et eripiet eos. Quanto praestabat, vallabit aut vallo muniet, quando id et Graeca et Hebraica sonant *ἦη* et *παρεμβαλεῖ*. Nam futurum est hoc *παρεμβάλλω παρεμβαλῶ*, ut a *ψάλλω ψαλῶ*. Et nescio, quorsum nostri huius versiculi interpretes. Chrysostomus in nobili illa Panegyri de angelis, ad coelestium spirituum munia refert, sic inquit: *δι' ἀγγέλων τοῖς ἀξίοις ἐκ πειρασμῶν λύτρωσις, παρεμβαλεῖ γάρ φησιν ἄγγελος κυρίου κύκλω τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ἔρυσεται αὐτούς*.

*Ἄνα per* loci aut temporis, accusativi solius est, *ἀνὰ ὅλον χρόνον*, per omne tempus. Schematicῶς genitivo, ut *ἀνὰ μέσων ὄρέων*, per medios montes.

Composita significat, quod *re* Latinis solet, *ἀναμάθω* redisco. Cave putes ab *ἀνὰ* composita esse, quae privandi significantia usurpamus, ab

*ἀ*, si sequentis dictionis initium vocale fuerit, *ν* interposita, ut *ἀνάργυρος ἄνευ τοῦ ἀργυρίου*.

*Διά* genitivo iuncta *per*, instrumentum signat, *διὰ πείρας συγχῆς*, per frequens studium. Est et cum locum tempusve notat, *διὰ δακτυλίου δεῖσε ἐλκυσθῆναι*, per annulum, apud Aristophanem.

Accusativo *propter*, *διὰ φόβον*, propter timorem. Homerus superioris constructionis significantiam hoc casu extulit [Il. X, 41.], *νύκτα δι' ἀμβροσίην*.

Composita *dis* significat, *διαρτᾶν*, dividere, *διαπάλλιν*, per vices psallere, *διάπαλμα*, vicis-situdo psallendi.

*Κατά*, genitivo iuncta, accusandi nota, *λόγος τοῦ Πορφυρίου κατὰ χριστιανῶν*, Contra Christianos. Et progressum de re quapiam indicat, *κατ' αἰγίλιπος πέτρης*, apud Homerum [Il. IX, 15.] de excelsa rupe, et *κατ' Οὐλύμποιο καρήνων*, de Olympi vertice. Odyss. 1. [vs. 102.] Propemodum tale est, *κατὰ πετρῶν σπειρώ*. In petras semino.

Accusativo *secundum* signat, *κατὰ τύπον*, secundum typum, *κατὰ ῥάβδον*, apud Isocratem, ad virgulam, *κατὰ ῥάβδον ἔφρασε*, Ad virgulam pronuntiavit, id est, sartum carmen cecinit. Temporis item nota est, ut *καθ' ἡμᾶς ἐνδοξος ἀνήρ ἐστιν Ἰωάννης ὁ καπνίων*.

Composita aut *deorsum* significat, ut *καταβαίνω*, descendo. Sic *καταλέγω*, ordine dico, et quasi deduco deputoque dicendo. Homerus [Il. IX, 115.] *οὔτι ψεῦδος ἐμᾶς ἄτας κατέλεξας*. Unde fit *κατάλογος*. Ita fit, ut *κατὰ* propemodum *dis* significationem obtineat, ut apud Theocritum *εἰδυλλίῳ X. [vs. 55.] μὴ πιτάμης τὴν χεῖρα καταπρίων τὸ κύμνον*, Ne incidas manum disseccans cuminum. Parioemiacon est, unde et avaros *κυμνοπρίστας*, cuminisecas Aristoteles quarto Moralium nuncupat. Aut vitiat infamatque compositionem perinde ac *παρά*, ut *κατανηφίξεσθαι*, apud Demosthenem, damnari.

*Μετὰ* genitivo constructa idem potest quod *σύν*, autore Prisciano. *ἡδὺς μετὰ φίλων βίος*, Suavis cum amicis vita. Saepe hac significatione dativum patitur ut *σύν*, *μετὰ πρώτοις*, Homerus [Il. V, 536. et al.].

Accusativo *post* designat, *μετὰ τὰ φυσικά*, id est, post naturalia.

Composita aut *cum*, *μετέχω* participo, *μέτοιχος* inquilinus. Aut *trans*, *μέτωπον*, trans faciem, frons.

*Ἀντί pro*, retribuendi vim habet, *ἀντί ἀγαθῶν κακὰ, ἀντ' εὐεργεσίας σκόρπιον*. Genitivo soli construitur.

Composita *contra* significat, ut *στρέφω*, verito, *ἀντιστρέφω* contraverto.

*Περί* genitivo iuncta, *de*, memorativa particula est, ut appellat Priscianus eam, *περὶ τῶν ἀγώνων*. De agonibus. Et *περὶ σοῦ μάχομαι*, Pro te pugno. Quo casu et *prae*, excellentiae nota est, ut Homerus [II. IX, 38.] *σκήπτρῳ μὲν τοι δῶκε τιμηθῆσθαι περὶ πάντων*, Sceptro dedit honorari te *prae* omnibus.

Dativo *pro*, usum, commodum notat. Homerus Odys. VII. [vs. 110 sq.] *περὶ γὰρ σφίσι δῶκεν Ἀθήνη ἔργα ἐπίστασθαι περικαλλέα καὶ φρένας ἐσθλάς*, de mulieribus Phaeacum, Pro eis dedit Minerva opera scire egregia, et bonam habere mentem.

Accusativo *circa*, locum, causam, tempus, *περὶ τείχη, περὶ πολιτείαν, περὶ ὥραν ἕκτην*, circa horam sextam, ut Actuum 10. [vs. 9.]. Quin et cum accusativo excellere designat, *ὅς περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν*. Qui superat mentes hominum. De Ulysse Odys. I. [vs. 66.] Una ex praepositionibus omnibus *περὶ* tralato tono, adverbiascit, ut apud Homerum Iliados IX. <sup>58)</sup> [vs. 53.] *Τυδείδη, πέρι μὲν πολέμῳ ἐν καρτερὸς ἔσαι*. Tydide, admodum in bello strenuus es, *πέρι* egregie, eximie.

Composita *circum* significat, ut *περιπατέω*, obambulo.

Item excellentiam, ut *περικαλλής* admodum venustus, *περίεμι* antecello, praesto, quae significatio *ἀναλογικῶς* genitivum exigit. Aristophanes per accusativum extulit, ut *περιφρονῶ τὸν ἥλιον*.

*Ἐπί*, genitivo iuncta *circa* significat, ut Demosthenes: *ἐμοὶ δ' ἦν παρὰ πάντα τὸν χρόνον εὐνοίαν ἐνδέειχθε ἐπὶ πολλῶν ἀγώνων τῶν πρώτου γεγενημένων*. Mihi vero quam superioribus certaminibus expertus sum benevolentiam, et nunc indulgere etc. Item tempus, id quod mirum in modum frequens est, *ἐπὶ Κρόνου*, Re gnante Saturno, Temporibus Saturni.

Dativo *propter* et *super*. Propter, *ἐπὶ ἀγαθῷ πατρὶ ἐπαινηθεὶς υἱός*. Super, *ἐπὶ κρηπίδι*

*τείχος*, Super fundamento murus. Item *in* ablativi, *ἐπὶ βιβλίῳ*, In libro.

Accusativo, motus ad rem exponitur, ut *ἐπὶ νῆας*, In naves. *Adversum* seu *contra* [Psalm. 142, 4.], *ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμα μου*. Anxiatus est adversum me spiritus meus. Demosthenes *ἐπὶ τοῦτο*, propterea etc.

Composita accusativi *in* seu *super* significat, *ἐπιγράφω*, inscribo.

*Ἀμφί*, prorsum idem quod *περὶ* construendo significandoque potest. *Pro* saepe significat, ut *περὶ*, [Hom. Od. I, 48.] *Ἄλλὰ μοι ἀμφ' Ὀδυσσῆ δαΐφροني δαίεται ἦτορ*, Pro Ulysse angor.

Composita *circum* significat, *ἀμφιβάλλω* circumiicio. Hinc *ἀμφίβολον*, *ἀμφιβολία*.

*Ἀπό* genitivi solius est, motum a loco, re, persona, circumstantia. Nec motum modo, sed et absentiam significat, *ἀπὸ πατρίδος*, a patria, *ἀπὸ τῆς ἰσῆς οὐσίας*, ex aequis viribus.

Composita iisdem significationibus usurpatur, *ἀπογράφειν* describere, ab alio exemplari scribere. Historicum verbum, pro censum agere. Describi orbem in Luca [2, 1. 3. 5.] legimus, pro censum orbis agi.

*Ὑπό* genitivo *sub*, occulendi nota <sup>59)</sup>, *ὑπὸ κόλπου*, sub sinu. Causam quoque notat, *ὑπὸ νόσου*, a morbo, qua constructione proprium verbis passivis est. Sunt enim passivorum praepositiones tres, *πρός*, *παρά* et *ὑπό*. Moscopulus proprium esse verbis ait, quae vim quandam victi, superati, illusi designant. Plutarch. in Isocrate: *εἰς ἀλλοὺς κεκωμώθηται ὑπὸ Ἀριστοφάνους*, Comoedia lusum est ab Aristophane in tibias etc. Caeterum generaliter omnium esse passivorum *ὑπὸ* scias.

Dativo *sub*, situs, non occulendi nota, ut *ὑπὸ δένδρῳ*, sub arbore.

Accusativo eadem significatio manet, quamquam *subter* potius videtur, ut *ὑπὸ γῆν οἰκοῦντες*, Subter terram habitantes.

*Ὑπέρ* genitivi, *pro* significat, auxilii nota, et defensionis [Rom. 5, 8.], *ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν*, pro nobis Christus est mortuus. Item causae sive argumenti, *ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς*, De asini umbra.

Accusativo *supra*, *ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖ*, Supra hominem sapit, *ὑπὲρ τὰ μέτρα*, *ὑπὲρ ἔσκαμμένα*, extra septa, *ἔσκαμμένα* participium

<sup>58)</sup> IX.] sic recte Editt. 1541., 1545. sqq.; Editt. 1522., 1538., 1542. male: primo.

<sup>59)</sup> nota] in Editt. 1522—1541. deest.

praeteritum ab ἔσκαμμαι praeterito verbi ἀκάπιομαι fodior.

Hae sunt Graecorum praepositiones in hunc modum paucis expositae pro varietate constructionum; longe plurimi idiotismi a me in Constructionum volumine conscribentur.

Finis Praepositionum<sup>60</sup>).

## De Coniunctione.

Συνδεσμός ἐστὶ μέρος λόγου ἄκλιτον συνδέον τὰ ἄλλα μέρη τοῦ λόγου εἰς διάνοιαν μετὰ τάξεως, hoc est, Coniunctio est pars orationis indeclinabilis, coniungens alias partes orationis in sententiam cum ordine.

Accidit autem Coniunctioni σχῆμα. Figura simplex, ut ἐπεὶ. Composita, ut ἐπειδή.

Coniunctionum aliquae sunt συμπλεκτικοί, id est, copulativae, ut μὲν quidem, δέ autem, τε que, καί et, ἀλλά sed, ἀτάρ sed, αὐτάρ sed<sup>61</sup>), ὅτι quod.

Aliquae autem διαζευτικοί, id est, disiunctivae, ut ἢ vel, ἦτοι sive, ἢέ sive.

Aliquae autem συναπτικοί, id est, continuativae, ut εἰ si, εἴπερ, εἶδη, εἰδήπερ siquidem.

Aliquae autem παρασυναπτικοί, id est, subiunctivae, ut ἐπεὶ, ἐπειπερ quoniam, ἐπειδή, ἐπειδήπερ postquam.

Aliquae autem αἰτιολογικοί, id est, causales, ut ἵνα ut, ὅπως ut, ὅφρα ut, γάρ enim, ὅτι quod, διότι quia, καθότι quoniam, ἐνεκα causa, οὕνεκα quia.

Aliquae autem ἀπορηματικοί, id est, dubitativae, ut ἄρα an, εἴτα postea, μῶν num, μή an.

Aliquae autem συλλογιστικοί, id est, collectivae sive rationales, ut ἄρα ergo, ἀλλά sed, ἀλλὰ μὲν verum, οὖν igitur, τοίνυν igitur, τοιγάρτοι itaque, τοιγαροῦν ergo.

Aliquae autem παραπληρωματικοί, id est, repletivae, ut δὴ iam, ῥά nempe, θὴν quidem, νύ certe<sup>62</sup>), πού, τοί, αὖ, οὖν, πέρ, πῶ<sup>63</sup>).

60) Finis Praepositionum.] sic Ed. 1542.; Ed. 1522. Finis de praepositione; Ed. 1541. Finis praepositionis; in Editt. 1518., 1538., 1545. sqq. haec subscriptio omissa est.

61) sed] in Ed. 1538. deest.

62) νύ certe] sic Editt. 1518., 1522., 1541—1557.; Ed. 1538. νή certe.

63) πῶ] sic Ed. 1538.; Editt. 1541—1557. πῶ; Editt. 1518., 1522. πρό.

μὴ<sup>64</sup>), δὴτα, γέ quidem. At γέ non solum repletiva est, sed etiam diminutiva et causalis.

Aliquae autem δυνητικοί, id est, potestatis, ut ἄν, κέ, κέν, si, sive, utique. Inveniuntur etiam apud poetas repletivae.

Aliquae autem διακριτικοί sive ἐπιλεκτικοί, id est, discretivae sive electivae, ut ἢ quam.

Aliquae autem ἐλαττωτικοί, id est, extenuativae sive diminutivae, ut γοῦν saltem, γέ saltem.

Aliquae autem ἐναντιωματικοί, id est, adversativae, ut ὅμως tamen, καίτοι etsi, καίπερ quamquam, ἔμπης tamen, εἰκαί etsi.

Finis Coniunctionum<sup>65</sup>).

## THERSITA

e secundo Iliados Homericæ

[vss. 212—220.].

(Hanc inscriptionem in Editt. omnibus huius Grammaticæ subsequuntur: 1. Textus graecus huius loci; 2. eius Interpretatio latina Melanthonis; 3. eiusdem Scholion; 4. eius Examen. Hoc loco non solum textum gr., sed etiam interpretationem lat. et scholion omitto, quod utrumque iam in huius Corp. Vol. XVIII. p. 124—126. attuli, et tantum Mel. Examen huius loci illic consilio omissum (conf. p. 126. nota 11.) h. l. exhibeo, numeris versuum, ad quos singula spectant, adscriptis.)

### Examen.

(Vs. 212.) Θεροίτης unde? In propriis nominibus negat Herodianus quaerendas etymologias, nisi fabularibus illis, quae non temere a poetis confinguntur. Quis enim dubitet Achaten frustra a Virgilio, Pyrgopolinicen casu a Plauto nominatum? Quare de etymo nominis Thersita dicendum est. Θεροίτης a θάρσος dicitur, quod confidentiam prope ac temeritatem significat, id quod vides quam apte quadret. Ut enim modestiae virtutum omnium elementa tribuunt philosophi, ita contra temeritati vitiorum omnium πρώτα, et ni fallor, haec vel aptissima est linguae concitandae. Reliqua alias. Declina Θεροίτης ut Ἀγχίσις.

μόνος, pro μόνος Ionice, augendi syllabae gratia, ut upilio, pro opilio.

ἀμέτροεπής, ἄ sine, μέτρον<sup>66</sup>) mensura, ἔπος sermo, futilis, loquaculus, sine iudicio ac

64) μὴ] Ed. 1538. μή

65) Haec subscriptio, quam Editt. 1542. sqq. exhibent, in Editt. 1518—1541. deest.

66) μέτρον] Ed. 1538. typ. errore: ἀμέτρον

modo multa effutire solitus. Vanus enim est, qui orationem ratione non metitur, qui liberam ac vagam linguam non cohibet iudicio. Recte Hesiodus [Opp. et D. 719 sq. Ed. Goettl.], multam esse linguae gratiam iudicat, si modo cohibeatur:

Γλώσσης τοι θησαυρός ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος  
φειδωλῆς, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.

ἀμετροεπῆς cuius generis? Communis. Declina ut ἀληθῆς primae contractorum, qua flectuntur omnia prae adiectiva in ης derivaticia.

ἐκολῶα<sup>67)</sup> Verbum, cuius temporis? Praeteritum imperfectum est indicativi modi, coniugationis secundae contractorum, κολῶάω ut βοάω, ἐκολῶαον, et contractim ἐκολῶων. ἐκολῶαες, et contractim ἐκολῶας. ἐκολῶαες, et contractim ἐκολῶα. Caeterum verbum ὀνοματοποιὸν est.

(Vs. 213.) ἔπεα. Sunt qui ab ἐπεσθαι trahunt, ut nos sermonem a sequendo. ἔπος declina primae contractorum, ut χάος. Deinceps qui volet oratione exequatur, cur ἀμετροεπῆ poeta, deinde ἔπεα ἀκοσμά τε καὶ πολλὰ<sup>68)</sup> dixerit, excutiat.

(Vs. 214.) ἐριζέμεναι pro ἐρίζειν. Vide supra in formatione infinitivi τύπτειν. Hic vero belle poeta factiosum designat, bonis infensum, cum optimatibus contendentem.

(Vs. 215.) εἶσαιτο unde? Medium praeteritum aoriston optativi, ut τυπαίμην. Thema verbi εἶσαιτο est εἶδω, unde et τὸ ἦδη est, id est, novit, quod supra secundi versiculi expositione praeterii, nam hic agetur.

Flecte εἶσαιτο et ἦδη<sup>69)</sup>.

εἶδω	{	τύπτω	Ex activis quaedam raro usurpantur, surroganturque eis media.
εἶδον		ἔτυπτον	
εἶκα ut		τέτυφα	
εἶσω		τύψω	
εἶσα		ἔτυψα.	

67) ἐκολῶα] sic, φ cum s subscripto, et hanc formam et seqq. scripsi; Editt. huius Gramm. omnes habent φ sine s subscr.

68) καὶ πολλὰ] sic Editt. huius Gramm. in hoc quidem Examine; at in textu gr. praemisso (aeque ac in Ed. Wolf.) legitur: πολλὰ τε

69) Haec verba in Editt. 1522., 1541. subsequitur inscriptio: Activa; in Ed. 1539. haec illis verbis superscripta est; in Editt. 1542. seqq. deest.

Media.

Praesens εἶδομαι ut τύπτομαι.

Praeteritum imperfectum<sup>70)</sup> εἶδόμεν ut ἐτυπτόμεν.

Praeteritum perfectum εἶδα. Formatur enim per praesentis characterem, sicut supra in regulis vidisti. Hinc fit diphthongi temperamento ἦδα.

Praeteritum plusquamperfectum εἶδειν<sup>71)</sup>, et diphthongi temperamento ἦδειν. Vides ergo primae syllabae variationem, posterior syllaba dialectis variat. Nam pro ἐτετύφειν regulari praeterito plusquamperfecto dicunt Iones ἐτετύφρα. Sic ergo pro εἶδειν vel ἦδειν est ἦδεα. Flecte sic ἦδεα ἦδεες ἦδεε. Ex hac tertia persona ἦδεε fit crasi ἦδη. Nam εε in η mutari in declinationibus nominum contractorum vidisti, τείχεε τείχη. Adnotabis et hoc, quandoquidem εε in η cum subscriptione transit, primam verbi ἦδη subscribi, posteriorem non. Nam εε non mutatur nisi in solum η.

Futurum εἶσομαι.

Aorist. a. εἶσαίμην. Reliqua ex his forma κατὰ τὴν ἀναλογίαν, et in optativi aoristo habebis εἶσαιμην.

Haec tibi verbi huius coniugatio multis certe locis proderit. In primo Iliados [vs. 70.] verbum ἦδη invenies, ut innumera alia loca praeteream, Ὅς ἦδη τὰ τ' εἶόντα, τὰ τ' εἰσοόμενα, πρό τ' εἶόντα. Volo item te admonitum regularum augmenti praeteritorum, quorum εἶδω praeteritis non variet regulariter εἶδον εἶδα.

(Vs. 216.) ἔμμεναι Ionicum, vide εἶναι. αἰσχιστος. Vide formas comparationum

αἰσχρός	αἰσχίων	αἰσχιστος
αἰσχρά	αἰσχίων	αἰσχίστη
αἰσχρόν	αἰσχίον	αἰσχιστον

ἦλθε Aoriston secundum vocis activae.

ἔλεύθω	ἦλευθον	
ἦλευκα	ἦλεύκειν	ἦλευσα

ἦλυθον, ἦλθον per syncopen, unde ἦλθε est.

(Vs. 217.) Τὸ ὤμω humeri, dualia sunt. οἱ pronomen reciprocum, ei.

(Vs. 218.) συνοχηχότε<sup>72)</sup> participium praeteritum activae vocis a συνοχέω, vide formam in participiis, estque duale.

70) Praeteritum imperfectum] sic Editt. 1522., 1541.; Ed. 1538. typ. err.: Praet. perfectum; Editt. 1542. seqq. pro hoc lat. nomine et subsequenti habent graeca: παρατατικός, παρακείμενος.

71) εἶδειν] Ed. 1538. ἦδειν

72) συνοχηχότε] sic Editt. huius Gramm. et h. l. et in textu gr. praemisso; apud Hom. Ed. Wolf. legitur συνοχηχότε.



(Vs. 219.) ἐπενήνοθε, ἐπὶ, ἐν, ἀνέθω, ex his verbum hoc compositum est. Coniuga sic: ἐπενανέθω ἐπενήνοθον. Nam verbum, non praepositio augetur, ut supra in regulis meminimus, ἐπενήνεκα, et medium ἐπενήνεθα et Attica mutatione, ἐπενήνοθα, sicut λέλογα.

Finis 73).

CHELYS MERCURII,  
ex Homericis Hymnis.

Locus Homericus sic inscriptus, qui in omnibus huius Gramm. Editt. invenitur, continet Hymni eis Ἑρμῆν versus 29—55. graece inde a verbo ἐγέλασσε (vs. 29.) usque ad verb. περιώμενος (vs. 55.), subiuncta interpretatione latina et scholio Mel., quas iam in huius Corp. Vol. XVIII. p. 155 sq. attuli, quapropter h. l. omittuntur. — Hoc loco Homericō haec Gramm. in Editt. 1518—1541. finitur; in Ed. 1542. additus est Luciani locus [ex Deorum dialogis dialogus XIX. Ἀφροδίτης καὶ Ἑρῶτος integer] graece fere duas paginas explens, inscriptus: LUCIANI CUPIDO, cui neque interpretatio lat., neque scholia adiuncta sunt, quam ob causam h. l. itidem omittitur. Huic loco graeco Camerarius in suis Editt. addidit Epigramma Platonis graece cum scholiis. Hoc additamentum praetermitto, quod non Melanthonis, sed Camerarii est.

Praeterea in Ed. 1542. illum Luciani locum et in Camerarii Editt. illud Platonis epigramma subscripserunt Tabulae Coniugationum, quibus praefixus est hicce titulus: Tabulae Coniugationum. Verborum Circumflexorum. Item Verborum in μ. Has tabulas h. l. exhibemus, quoniam non tantum in Camerarii Editt., sed etiam in Melanthonis Editionum tertia aetate leguntur.

TABULAE CONIUGATIONUM

Verborum circumflexorum.

Item Verborum in μ.

Τῶν περισπωμένων ξημάτων συζυγία.

PRIMA CIRCUMFLEXORUM.

Τῶν ὀριστικῶν ἐνεργητικῶν ἐνεστώως.

S. ποιέω, ᾧ	ποιέεις, εἷς	ποιέει, εἶ
D.	ποιέετον, εἶτον	ποιέετον, εἶτον
P. ποίεομεν, οὔμεν <sup>1)</sup>	ποιέετε, εἶτε	ποιέουσιν, οὔσιν.

Παρατατικός.

S. ἐποίηον, οὖν	ἐποιέεις, εἷς	ἐποίηε, εἶ
D.	ἐποιέετον, εἶτον	ἐποιέετην, εἶτην
P. ἐποιέομεν, οὔμεν	ἐποιέετε, εἶτε	ἐποίηον, οὖν.

Παρακείμενος.

S. πεποίηκα	πεποίηκας	πεποίηκε
D.	πεποίηκατον	πεποίηκατον
P. πεποίηκαμεν	πεποίηκατε	πεποίηκασι.

73) Haec subscriptio in Editt. 1538., 1545. sqq. deest.

1) οὔμεν] sic recte Ed. 1557.; Editt. 1542—1548. male: ᾧμεν.

Ἵπερσυντελικός.

S. ἐπεποιήκειν	ἐπεποιήκαις	ἐπεποιήκει
D.	ἐπεποιήκαιτον	ἐπεποιήκειτην
P. ἐπεποιήκαμεν	ἐπεποιήκατε	ἐπεποιήκασαν.

Ἰόριστος α΄.

S. ἐποίησα	ἐποίησας	ἐποίησε
D.	ἐποίησατον	ἐποίησάτην
P. ἐποίησαμεν	ἐποίησατε	ἐποίησαν.

Μέλλων α΄.

S. ποιήσω	ποιήσεις	ποιήσει
D.	ποιήσετον	ποιήσεται
P. ποιήσομεν	ποιήσετε	ποιήσουσι.

Τῶν προστακτικῶν ἐνεστώως.

S. ποίεε, εἶ	ποιεέτω, εἶτω
D. ποιέετον, εἶτον	ποιεέτων, εἶτων
P. ποιέετε, εἶτε	ποιεέτωσαν, εἶτωσαν.

Παρακείμενος.

S. πεποίηκε	πεποιηκέτω
D. πεποιήκετον	πεποιηκέτων
P. πεποιήκατε	πεποιηκέτωσαν.

Ἰόριστος α΄.

S. ποιήσον	ποιησάτω
D. ποιήσατον	ποιησάτων
P. ποιήσατε	ποιησάτωσαν.

Τῶν εὐκτικῶν ἐνεστώως.

S. ποιέομι, οἶμι	ποιέοις, οἶς	ποιέοι, οἶ
D.	ποιέοιτον, οἶτον	ποιεοίτην, οἶτην
P. ποιέομεν, οἶμεν	ποιέοιτε, οἶτε	ποιέοιεν, οἶεν.

Ἰατικῶς δὲ καὶ αἰολικῶς.

S. ποιῶην	ποιῶης	ποιῶη
D.	ποιῶητον	ποιῶήτην
P. ποιῶημεν	ποιῶητε	ποιῶησαν καὶ ποιῶεν.

καὶ δωρικῶς.

S. ποιῶην	ποιῶης	ποιῶη
D.	ποιῶητον	ποιῶήτην
P. ποιῶημεν	ποιῶητε	ποιῶησαν.

Παρακείμενος.

S. πεποιήκοιμι	πεποιήκοις	πεποιήκοι
D.	πεποιήκοιτον	πεποιηκότην
P. πεποιήκοιμεν	πεποιήκοιτε	πεποιήκοιεν.

Ἰόριστος α΄.

S. ποιήσαιμι	ποιήσαις	ποιήσαι
D.	ποιήσαιτον	ποιησαίτην
P. ποιήσαιμεν	ποιήσαιτε	ποιήσαιεν.

Αἰολικῶς δὲ καὶ ἄτικῶς.

ποιήσειω ποιήσειας ποιήσειε,  
καὶ ποιήσειαν μόνον, ὡς ἄνω.

*Μέλλων α'.*  
**S.** ποιήσοιμι ποιήσοις ποιήσοι  
**D.** ποιήσοιμεν ποιήσοιτον ποιήσοιτην  
**P.** ποιήσοιμεν ποιήσοιτε ποιήσοιεν.  
*Υποτακτικῶ ἐνεργητικῶ, ἐνεστώς.*  
**S.** ἐὰν ποιέω, ᾧ ποιέης, ἧς ποιέη, ἧ  
**D.** ποιέωμεν, ᾧμεν ποιέητον, ἧτον ποιέητον, ἧτον  
**P.** ποιέωμεν, ᾧμεν ποιέητε, ἧτε ποιέωσι, ᾧσι.  
*Παρακείμενος.*  
**S.** ἐὰν πεποιήκω πεποιήκης πεποιήκη  
**D.** πεποιήκωμεν πεποιήκητον πεποιήκητον  
**P.** πεποιήκωμεν πεποιήκητε πεποιήκησσι.  
*Ἄοριστος α'.*  
**S.** ἐὰν ποιήσω ποιήσης ποιήση  
**D.** ποιήσωμεν ποιήσητον ποιήσητον  
**P.** ποιήσωμεν ποιήσητε ποιήσησσι.  
*Ἀπαρέμφατα ἐνεργητικῶ.*  
*Ἐνεστώς. ποιέειν, εἶν. Παρακείμενος. πεποιοῦμαι.*  
*Ἄοριστος α'. ποιήσαι. Μέλλων α'. ποιήσειν.*

Participia Activa.

*Praesens et Imperfect. ὁ ποιέων, ᾧν, ἔοντος, οὔντος.*  
*Παρακείμενος. ὁ πεποιηκώς, τοῦ πεποιηκότος.*  
*Ἄοριστος α'. ὁ ποιήσας, τοῦ ποιήσαντος.*  
*Μέλλων α'. ὁ ποιήσων, τοῦ ποιήσοντος.*

PASSIVORUM παράδειγμα.

*Τῶν ὀριστικῶν ἐνεστώς.*  
**S.** ποιέομαι, οὔμαι ποιέη, ἧ ποιέεται, εἶται  
**D.** ποιέομεν, οὔμε- ἐσθον, εἶσθον ἐσθον, εἶσθον  
**P.** ποιέομεθα, οὔμεθα ἐσθε, εἶσθε ἔονται, οὔνται.  
*Παρατατικός.*  
**S.** ἐποιέομαι, οὔμαι ἐποιέον, οὔ ἐποιέετο, εἶτο  
**D.** ἐποιέομεν, οὔμε- ἐσθον, εἶσθον ἐσθον<sup>2)</sup>, εἶσθον  
**P.** ἐποιέομεθα, οὔμεθα ἐσθε, εἶσθε ἔοντο, οὔντο.  
*Παρακείμενος.*  
**S.** πεποιήμαι πεποιήσαι πεποιήται  
**D.** πεποιήμεθα πεποιήσθον πεποιήσθον  
**P.** πεποιήμεθα πεποιήσθε πεποιήνται.  
*Υπερσυντελικός.*  
